



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christophori de Ortega Sanclementini, E' Societate
Iesv. Qvondam in Provincia Toletana Theologiæ
Scholasticæ publici Professoris ... Tractatvs Dvo, De
Trinitate, Nec non, Incarnatione**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, 1664**

Controversia IV. De intrinsicis Incarnationis effectibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94251](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94251)

indivisibiliter toti Trinitati non respondeat, iuxta illud Ioan. 5. non potest à se facere quidquam nisi quæ viderit Patrem facientem, quæcumque enim ille fecerit, hæc, & filius similiter facit. Illud enim similiter non operationem solum, sed operationis etiam denotat modum. Vide Augustinum, & Patres ibi. Vnde Patribus, & Conciliis sanctum illud axioma semper fuit. *Indivisa sunt opera Trinitatis ad extra, vt d. proœ. q. 2. cert. 4. n. 5. contra Vvadingo persequeretur.* Sed illud axioma in re præfenti specialiter obseruandum docuerunt Concil. Lateran. sub Innocentio. 3. relatum. c. firmiter de sum. Trinit. vbi de filio ait. à tota Trinitate communitè incarnatus. Tolet. 6. c. 1. Cum tota cooperata sit Trinitas formationem suscepti hominis (Quoniam in separabilia sunt opera Trinitatis.) solus tamen filius suscepit humanitatem. Repetit Concil. Tolet. 9. confel. fidei. Atque. S. Ildephensius ita ad Mariam. *Tota indivisibiliter Trinitas conceptionem operabitur in tesola persona filij Dei in corpore tuo nascitura, carnem assumet de te.* Hinc. S. Tho. q. 2. art. 8. ad 2. concludit, omnes personas Trinitatis esse videntes hypotheticè humanitatem, non autem illam assumentes.



QVÆSTIO I.

De Felicis, & Elipandi errore, ac de Concilij Francfortdiensis, & epistola Adriani auctoritate.



FELICIS apud Illergetes, seu Catalonios Vigelitani Episcopi, atque ab ipso edocti Elipandi Archiepiscopi Toletani error Solino Maurorum Rege ortus anno septingentesimo octuagesimo-tertio, tam certis coniecturis, apertisque testimoniis à profundæ eruditionis viro, & alienarum mentium, vt sic loquar, mente Gabriele Vasquez traditur: vt si ab aliis animi, an ingenij: abesse contentio, ea de re dubitari minime possit: alterutra tamen, vel vtraque, quæstio iam est, quod alias vix foret historia.



CONTROVERSIA IV.

De intrinsicis Incarnationis effectibus.



IN effectibus intrinsicè ab vnione humanitati communicatis alij primarij sunt, alij secundarij: positivi item, vel negatiui. De eorum aliquibus (nimirum personam constituere increatam, creatamque absumere) satis superque dictum est. d. 1. proœ. & controu. 1. d. 1. Reliqui ergo iam intrinsicè effectus: suo ordine examinandi sunt, & quoniam Persona humanitati per se vnita filius naturalis Dei est, An humanitatem, huncque hominem Christum, qua hominem, filium naturalem Dei constituit: disputabimus primo. Secundo an omnem humanitatis Christivè, qua hominis feruitutem, ac subiectionem respectu Dei impediatur. Tertio An communia Trinitati humanitati suos formales effectus præstent? Quarto de sanctitate humanitatis substantiali per Deitatem. Quinto denique de eiusdem humanitatis impeccabilitate.



DISPUTATIO I.

De filiatione Christi.



QUIMVR de Christo, qua homine, siue secundum humanitatem examinabo primum an ei competat filiatio naturalis Dei? secundo: qua illi ratione contueniat? Tertio: an simul in illum filiatio Dei adoptiua quadret? sed quoniam eorum, quæ super his dicemus, certitudo ex erroris Felicis, atque Elipandi indagatione, ac deprehensione Concilijque Francfortdiensis, & epistolæ Adriani auctoritate omnino pender: primam de vtroque quæstionem instituum.

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

CERTAMEN I.

Coniecturis, ac testimoniis propriis. Felicis, atque Elipandi error aperitur.

ERrorem hunc Nestorianum fuisse putant Soar. In disputatione quadagesima-nona, sectione tertia, Bernal. tota disputatione quadagesima-quarta, summa vero eruditione Vasq. ostendit eos formaliter Nestorianos non fuisse, nec plures pro naturarum pluralitate in Christo admisisse personas, sed vnã; licet consequentiæ vi, vel errorem deferere, vel ad Nestorium accedere tenerentur: solumque illos errasse in deneganda Christo, qua homini, siue secundum humanitatem, filiationem naturalem Dei, adscribendaque adoptiua: Vasquo consentiunt, præter Ascleas, Luis. Torres, & Gasparum Hurtado, Petrus etiam Hurtado. disputatione octuagesima-tertia, sectione secunda solitaque errorum comprehensua breuitate Petrus Vvadingo disputatione vndecima dub. primo, paragrapho primo, suadent id in primis coniecturæ graues. Cum in Hispania enim, & Conciliis Toletanis ante actis omnibus, præcipue. 4. 6. 11. 15. & 16. in quibus plus satis versatus Elipandus erat, Nestoriani erroris damnatio, fideique ipsi opposita professio adeo esset expressa; incredibile profus est errorem, adeo ab eis execratum voluisse Elipandum excitare. Quod autem in Toletanis Conciliis hic fuerit veratissimus constat primo. Quia Iuliani prædecessoris, qui Concilio. 15. Toletano præfuit, ceterisque clarior doctrinam totam Chalcedonensis, atque Ephesini Contra Nestorianum errorem profertur, auctoritate niti se Elipandus iactabat, quod si Bernal. ipse disput. sexagesimasexta, sect. prima, paragrapho primo num. 5. inde satis contra Soarium probari existimat Christum, quatenus hominem specificatiue filium Dei à Felice, & Elipando non negari, quod res esset tunc in Ecclesia exploratissima: Cur idem argumentum in re præfenti non admittit? Secundo: quia cum in Conciliis Toletanis postremis omnia ante actorum confirmarentur, atque in 11. diceretur *Dei filium secundum humanitatem non esse adoptione, sed natura filium.* Exceptionem de filiatione eius naturali secundum humanitatem in eo, & sequentibus contineri putauit.

Iii Tertio:

Tertio : quia cum ea Concilia contra Acephalos pro distinctione naturarum, & proprietatum, cuiusque in Christo, pugnassent, ex eorum doctrina divinæ filiationem naturalem, humanæ, vero naturæ adoptivam, tribui iudicabatur.

2. His, ut putabar auctoritatibus nixus Elipandus eos animos cepit, ut primum in Hispania Beatum Eruditum Asturem Presbiterum, & Heterium Huxumentem Episcopum, tunc apud Mauros exulem, quod suæ doctrinæ aduersarentur, hæresis damnari, sperauerit, curaueritque : sicut Mingenianum hæresim de Paschalis celebratione in Concilio Hispalensi se Præsidente, ac confutatore damnauerat : ut constat ex eius Epistola data Octobri anno septingentesimo octuagesimo-tertio, ad fidelem Abbatem apud Astures, quæ extat initio libri contra ipsum Gothice à Beato, & Heterio conscripti apud Bibliothecam Tolletanam. Cum autem in Hispania ad suam, tanquam ad Catholicam, doctrinam Episcopos plures, (in quibus, & Asturicus fuit) suæ, & industria, & auctoritate pertraheret, imo (excepto Heterio qui Beato aduersanti adhæsit ut is in suo illo libro testatur) Episcopos Hispaniæ omnes : Epistola, doctrinæ quæ suæ libello ad Carolum Magnum datis curauit, ut Gallia etiam Episcopi coacto Concilio Beatanam doctrinam, & paucorum, & Subdolum, damnarent : Imperatorem insuper hortabatur, ut sua doctrina, & communis, & fidei dogmatibus conueniens, multorum doctorumque Concilij, & disputatione coram ipso examinaretur : ut constat ex fragmento rescripti Regij ad Elipandum, & ex epistola Concilij Francfordiensis ad eundem, atque ex libro eiusdem Concilij, qui inscribitur Sacrosyllabo s. Cum ergo Elipandus ipse, cæterisque Hispaniæ, & Galiciæ Episcopis, imo, & fidelibus cunctis adeo esset Nestoriana hæresis noua, atque execrabilis, si ea Felicis, & Elipandi hæresis erat quomodo in illam tot Hispaniæ Episcopos Elipandus pertraheret, ut solus Heterius Beato repugnanti adhæserit ? ut ipsi suo illo libro fatentur, qua item spe trahendi in illam omnes Gallia etiam Episcopos, & Doctores Concilium, quam posset plurimorum, per Carolum magnum cogi curaret, & quam enixe datis litteris exposceret ? Non ergo fuit Nestorianus Elipandus ; sed nouum alium errorem à Felice Virgilitano ebibit, ac propagare tentauit : nempe Christum, qua hominem, siue secundum humanitatem filium, Dei non naturalem, sed adoptivum, solum esse.

3. Sed age iam non coniecturis modo, sed Concilij Francfordiensis testimoniis refragatur. Epistola enim eius Concilij ad Episcopos Hispaniæ columna septima, hæc habentur intelligite fratres, qui legistis : *Et nolite noua, & incognita nomina fingere.* columna decimoctaua, *Nolite nouas versare quaestiuiculas,* atqui Nestorij error noua tunc nomina, & quaestiuicula nouæ non essent, sed antiquæ, ac præ ueritate cariosæ, & antiquatæ : ergo nouus, diuersusque à Nestorio Felicis, & Elipandi Error fuit. Secundo Carolus magnus epistola, seu rescripto ad Elipandum citato apud Concilium Francfordiense columna tertia, inauditum in Ecclesia Elipandi errorem testatur his uerbis. *Quatenus sancta omnium unanimitas firmiter deterneret, quid credendum sit, de adoratione carnis Christi, quam nuper nouis assertionibus sancte Dei uniuersali Ecclesie antiquis temporibus inauditum uos ex uetris scriptis intulisse cognouimus.* Quia nimirum, negata ab ipsis naturali Dei filiatione humanitati, deterius quam auditum hæcenus fuerat de adora-

tione humanitatis loquebatur Elipandus. Eadem item epistola ad Episcopos Hispanenses columna decimo-quinta, hæc habentur : *dicitur : cur times adoptivum Christum Dominum nominare ? dico tibi : quia nec Apostoli eum sic nominauerunt : nec sancta Dei Catholica Ecclesia consuetudinem habuit sic eum nominandi : imo nec credere eum adoptivum esse.* Longè inferius recitato Hilarij testimonio, *Tu uero, qui istum es, qui Christum prædicas adoptivum, unde iste tibi factus uenisset, uoluisset scire. Patriarche nestoriani : meliores hoc nomen uacuerunt : Doctores fidei ueritate docuerunt.* Quæ ex libro Beati, & Heterij uidentur transscripta. Adrianus Epistola, quæ in eodem Concilio extat, confutata ex uariis scripturæ locis adoptione Christi secundum carnem, in quo Christus filius proprius, specialis, naturalisque Dei absolute nuncupatur addit quod si *Et c. curia, que protulimus ad diuinitatem tantummodo Filij Dei referenda opinantur : dicant ubi unquam communi assensu dixerit nobiscum : Pater noster.* Vbi enim sic dixit Luc. undecimo, non è persona propria, sed nos docet orare dixit. Si autem Nestorianus esset error non eo quod naturalis semper Dei, Filius, nunquam uero adoptivus ab scriptura, & patribus Christus fuerit nominatus ; sed quod damnatus ab Ecclesia error iam dudum esset, atque perhærens Christi ueritas in scriptura contineretur reiciendus foret. Fuit ergo Elipandi error non de personarum pluralitate Nestoriana in Christo, sed de eius adoptione secundum carnem, seu humanitatem, ut his testimoniis habetur expressè.

4. Eadem item epistola Adrianus Pa. & Patres Concilij Francfordiensis in libro Sacrosyllabo Paulini præcipue cura edito, atque à Concilio approbato si Elipandi filiatione adoptiua confutatur. *Hæc igitur dicentes, aut in uero Virgine tam suspicatur adoptiua (quod dici nefas est, quia de & Virgine inenarrabiliter iumpfit, non adoptiua carnis,) aut certe purum eum hominem, sine Deo natum (quod cogitare impium est,) necesse est facerent.* Quibus ex adoptiua Christi secundum humanitatem filiatione Elipandum deducit, ad Nestorianismum : quod scilicet in uero Virgine humanitas Christi non fuerit assumpta à uerbo, etque unita, sed impropria fuerit persona, scæpe adoptata, uel purus homo natus etiam fuerit. Ergo id non asserbat Elipandus ; alioqui inepte detraheretur, tanquam ad absurdum ad suam conclusionem. Idem argumentum continet uerba, quæ ex eodem libro sacro Syllabo, damno suo ostendant aduersarij. Sic autem habent columna octaua, *Dei ergo filius, qua ratione credi potest adoptivus ? qui inseparabiliter assumpto, homine in eum persona coeunte utraque natura, non duo filij, aut Dei, & alius hominis : ut (sicut illi errando uoluerunt) adoptivus, sit filius hominis &c.* Ac si sic car cum Felix, & Elipandus ueritatem personæ Christi Catholice retineant, non diuidant Nestoriane, incredibile, ac miraculi instar est, quod humanitati, Christo uero, qua homini, filiationem adscribant adoptiuam, quam, si personas diuiderent, facile possent adscribere. Error igitur, in consequens quidem illorum erat, ait Concilium ; quod, coeunte per ipsos utraque natura in eandem filij naturalis Dei personam ; homo, siue hominis filius, sit adoptivus filius Dei. Denique Adrian. cit. epist. post init. sic erroris huius materiam scripsit. *Materia autem casualis perfidie inter cætera reuicenda de adoptione Christi secundum carnem &c.* Erant autem cætera, seruitus propriæ respectu Dei in Christo, qua homine, atque negatio ueterioris adorationis, ac perfectioris, quam filiis aliis adoptiuis Dei Christo qua homini exhibenda, ut quaest. de seruitute

uitute Christi, & Controuersia. 6. d. vltima videbimus.

5 Neque vero in Felicis, & Elipandi errore referendo historici dissentiant. Alcuinus Caroli magis Magister, atque ipse Coactaneus tertio, de Trinitate capite nono, docet Christum secundum se totum esse vnam Trinitatis personam, filiumque naturalem Dei, non adoptiuum. Subditque statim. Ideo cum Patre, & Spiritu sancto, vnus est Deus non nuncupatus, sicut hispanica heresis impie temeritate affirmare presumpsit. Afferens Dei filium in diuina natura Deum esse verum, in humana nuncupatum: similiter, & in diuina natura proprium filium Dei, & in humana adoptiuum. Sed perge, inquit aduersarius noster Bernal. ad ea, quæ immediate subdit Alcuinus. *Diuidens vnam personam filij Dei cum Nestorio in duas personas: id est veri filij, & adoptiui.* Ergo hic etiam error illorum erat. Sed male arguit: nam hoc non ponitur ab Alcuino, vt illorum assertum: quare nec sub participio asserens. Sed, tanquam absurdum, quod eorum faciebatur error, nempe personarum diuisionem, ponitur sub participio diuidens. Cuius etiam rationem subdidit vbi proxime sacrolyllabus liber. dicens: *Cum certissimum constet in illam personam, quam habuit æternaliter, de Patre genitum, Dei filium assumpsisse naturam, quam nemo Catholicus confirmatus adoptiuum esse ausus est dicere.* Ionas Aurelian. eis etiam Coactaneus. primo, de cultu imaginum sic de Felice scripsit quoniam iuncto suo sceleratissimo errori Elipando Toletano vrbis Episcopo Christum secundum humanitatem, non esse proprium Filium Dei, sed adoptiuum predicare ausus est. Annonius circiter centum solum annis post Concilium Francfordiense. De geitis Francor. capite octuagesimo, ait Elipandum à Felice quæsisse, *Quid de humanitate Christi sentiret? Felicemque respondisse adoptiuum esse.* Addo Vienti. anno septingentesimo nonagesimo tertio, in Francfordiensi Synodo. Sic habet. *Hereticus cuiusdam Episcopi Felicis nomine damnata est, qui Christum, secundum quod homo est, adoptiuum Dei filium dicebat.* Genebrardus, tertio, Chronici anno septingentesimo nonagesimo quarto, ait damnatum esse tunc errorem de adoptione humanitatis in Christo. Est autem error Felicis, & Elipandi damnatus in Francfordiensi Concilio?

CERTAMEN II.

Humanitatis Christi adoptionem Felicis, & Elipandi errorem fuisse, & denegationem naturalis filiationis clarius ex Elipandi, ac Beati, & Hieronymi scriptis ostenditur.

1 **Q**uid autem his moramur? Audiantur primi illi Elipandi impugnatores Beatus, & Hieronymus, qui ex eius epistola ad fidelem Abbatem sic suam sententiam, atque Elipandi errorem, (materiam nempe controuersia) proponunt citato libro contra Elipandum. *Vna pars Episcoporum dicit: Christus adoptiuus est humanitate, & nequaquam adoptiuus diuinitate. Altera pars dicit: ex veraque natura vnus est Dei Patris filius proprius non adoptiuus. In tantum proprius, vt ipse sit Dei filius, Deus verus, & ipse adoretur, & colatur, qui sub Pontio Pilato est crucifixus.* Hæc pars nos sumus: id est Beatus, & Hieronymus. his ergo erat an eadem persona, quæ secundum diuinitatem filius naturalis Dei per omnes erat, filius

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

etiam naturalis Dei esset secundum humanitatem, vt hi asserbant? An adoptiuus: vt volebant Felix, & Elipandus dum Christo homini naturalem filiationem denegabant, solamque adoptiuam concedebant concreto nomine homo, sed abstracto humanitas utebantur, ne cum Nestorio sentire viderentur, ac Christi personas diuidere: quin de vna eademque persona Christi, secundum diuersas naturas, se diuersimodè loqui. Sic enim ait Elipandus citata epistola ad fidelem Abb. Beatus, & Hieronymus dicunt vna persona, & vnus agnus non poterit ex parte esse proprius filius, & ex parte adoptiuus, id est ex parte filius, & ex parte non filius. Cuius oppositum de vna eademque agni persona ipse docebat proximè vero ante data verba Bonofii Nestorianum errorem, & Beati sententiam omnino oppositam infectatus ait. *Bonofius, & Beatus pari errore Condemnati sunt. Ille credidit de Matre adoptiuum, & non de Patre ante se cula propriè genitum, & incarnatum; Cum enim personas Nestoriane diuideret personam Verbi Filij vnitam realiter humanitati atque incarnasse negabat: quare, & eandem personam Christi de Matre adoptiuum, de Patre propriè etiam genitum æternaliter inficiebatur. Ille credidit, de Patre genitum, & non de Matre temporaliter adoptiuum.* Ergo dissentit æquè à diuisione personarum Nestorianæ, atque à filiatione naturali, ac non adoptiuæ eiusdem personæ Christi secundum humanitatem, quam ex Matre temporaliter accepit?

2 Demum de suo errore audiendus est Elipandus ipse confessione fidei suæ medio, quæ extat in libro Beati, & Hieronymi citato, Correctissime proposita à Vasquez disputatione octuagesima-nona, capite secundo, vbi sic habet, *Quem sacra scriptura testatur pro salute humani generis Deitate exinanita hominem factum, circumcissum, baptizatum, flagellatum Crucifixum Mortuum, Sepultum, Seruum, Captiuum, Peregrinum, Leprosum, despectum, & quod deterius est non solum ab Angelis, sed etiam ab hominibus mirratum, vermem esse dictum, ex persona eius scriptura dicente: ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis: Cuius gloriam secundum diuinitatem superet cælestia, & magnitudinem contemiscunt terrena: & qui dicit gloriam meam alteri non dabo, homo interior in vna, eademque persona agglomeratus, atque carnis vestimento indutus: quia non per illum, qui natus est de Virgine visibilis, & inuisibilis condidit, sed per illum, qui non est adoptione, sed genere, neque gratia, sed natura: & per ipsum Dei simul, & hominis filium, adoptiuum humanitate, & non adoptiuum diuinitate, non enim veniit: qui est Deus: qui virum comedisset, an bibisset? ei cognitum manet, cui nonnulla ætronis sue mysteria nescire voluit. Quasi conformes sunt omnes sancti huic filio Dei, secundum gratiam, & cum adoptio adoptiuus, & cum aduocato aduocati, & cum Christo Christi: & cum paruulo paruuli, & cum seruo serui. Credo etiam inter ipsa sancti Spiritus charismata gratiarum Spiritum sanctum esse adoptiuum, in quo Clamamus Abba. Pater in quo spiritu non nos hominem Christum esse adoptiuum. Credimus enim, quia in resurrectione ei similes erimus, non diuinitate, sed carnis humanitate, videlicet carnis assumptione, quam accepit de Virgine. Miraculi instar est doctum aliquem his lectis, an Elipandus Nestorianus fuerit? dubitasse. Nullis enim ipsi aptioribus verbis à Nestorij errore declinarent. Primo enim Dei filium hominem factum, atque incarnatum, carnemque assumpsisse, accepisse de Virgine. fatetur quæ, nisi vnione hypostatica cum carne, & vnitate personæ solius diuinitatis in Christo contra Nestorium assera, dici nequeunt: sicut neque idiomatum communicatio illis verbis contenta eundem filium Dei circumcissum baptizatum &c. esse, quam Nestorius negabat. Tertio eundem filium Dei intimè, id est per intimam vnionem, nec per solam affectionem esse hominem testatur. Quarto in vna eademque*

demque persona agglomeratus, vt per Physicam vnionem vtramque naturam in eandem coire personam ostendat. Denique ait sanctos Christo secundum gratiam quasi conformes, vt aliunde, quam ex gratia Spiritus sancti humanitati donata, in qua filiationem, adoptiuam, siue adoptionem mox constituit, dissimile, eidem filio Dei Christo dec larat.

3 Reclamat Bernal. subdolos esse hæretici voces, sicut Nestorij, dum, vnionem absolute, suam illam affectiuam vocabat. Illoque verbo agglomeratus anguem Nestorianum latitare, qui illis statim profilit. Non per illum, qui natus est de Virgine visibilia, & inuisibilia condidit, sed per illum, qui non est adoptio, sed genere, non gratia, sed natura. quid enim est ille, & ille, nisi duplex Nestoriana Christi persona? O virum præ nimia fidei animositate plus æquo meticulosum! quiesceret Ecclesia Dei, teste Cyrillo, si vnionem realem, atque intimam personæ verbi ad humanitatem Nestorius admitteret: si Dei filium incarnatum atque hominem factum assereret: si idiomatum communicationem fateretur: hisque omnibus ab Elipando admissis, imo, & vnitæ, & identitate personæ in duplici natura tu adhuc Nestorianismum in illo suspicaris! ast iniquis agglomeratio filiorum aggregationem sine physica vnione significat: quare physicam vnionem verbi ad humanitatem videtur negare. Haberet forte locum suspicio, nisi agglomeratio Dei, & hominis diceretur ab Elipando esse in vnam, eandemque personam, quod sine physica vnione esse non potest. Ille autem, & ille non ad personas referuntur, sed ad naturam. Cum immediatè subnectat, & per istum Deum simul, & hominis filium, adoptiuum humanitatis, & non adoptiuum diuinitatis, Ecce vnitatem personæ Christi: atque ad naturas illum adoptiuum filium, & illum naturalem respicere: quare nec de ea locutione à Beato, & Heterio Elipandus carpitur, cum suam mentem satis explicuisset longè à Nestorianismo distare. Instat Bernal: teste Alcuino Christum hominem dici, ab Elipando. Deum nuncupatum, seu nuncupatum sed quid inde homo græca, & latina eruditione hac, illac perfluens comestit pro Elipandi Nestorianismo? Nuncupor idem est, quod appello; quare nuncupatus, vel nuncupatiuus idem quod appellatus, vel appellatiuus erit, vt bene Vasquez q. 8. num. 37. med. quare admisisse Elipandus eis verbis ostenditur idiomatum communicationem contra Nestorium: tantum abest, vt illis Nestorianismum incurrat! Soarez reclamat recitatam Elipandi confessionem non fuisse eam, quam ad Concilium Francfortiense misit, sed ampliorem aliam, in qua Nestorianismus contineretur, quem in illo impugnant Adrianus, & Concilium citatis epistolis, & libro Sacrosyllabo. Verum etiam edicendis constabit ab eis Patribus vi consequentiæ solum argumento ab absurdo ad Nestorianismum è suo errore Elipandum deduci: quod potius probat Elipandum Nestorianismum execrasse, vt supra dicebam.

4 Obijciunt Soar. & Bernal. Concilij Francford. citata Epist. verba hæc: Nonne olim eadem heresis vestra in Nestorio ab vniuersali Ecclesia refulata est etiam, & damnata? Ac rursus: veterosam, ac de diuina Nestorij suscitatum appellant. Sed tamen solum volunt eam hæresim in radice Nestorianam esse: quia humanitatis Christi adoptio nisi posita diuisione personarum vi consequentiæ nequeat defendi. Quo etiam sensu intelligenda est nubes testium, quam ex Vasq. num. 33. & Soario sect. 3. sollicitauit Bernal. sect. 1. num. 1. pro Elipandi Nestorianismo, vt aperto huius errori obnubilarent. At instat ex immediatis eius epistolæ verbis: quapropter fortasse illum (Nestorium) damnare noluitis, dum alios Bonosum, &c. qui prauè de Dei filio senserunt in epistola vestra anathematizatis. relatioque Cyrilli testimonio pergunt. videntur enim Nestorius dicere copulationem, quod vos dicitis adoptionem. ast videtur. In iudiciis vim

declarationis habet ex C. præterea. 2. de appellacionibus. Sed tamen epistola illa non tota iudicium Elipandicæ hæresis est, sed, & illius impugatio, atque illis verbis à Nestorianismo vi consequentiæ præsumpto arguitur, non asserto: quare videtur suspensionem doctrinæ connexæ de se cum Nestorij errore solum significat, non declarationem erroris impugnati: id quod satis innuit aduerbium illud fortasse, initio positum. Deinde Bonofus primus Nestorianæ hæresis author fuit, vt bene Vasq. d. 15. cap. 2. num. 11. nosque obseruamus controuers. 1. d. 1. quæst. 2. cert. 1. quare in Bonofio Nestorianus damnatus ab Elipando fuit: licet, ob erroris huius cum illius hæresi connexionem, ex silentio de Nestorio prudens Patribus suborta fuerit suspicio. Sed quorsum, inquit Bernal. dum Elipandi error à Concilio impugnatur vnitatis personæ Christi tam multis sæpe probatur, si eam ipse sponte concedebat? Respondetur vero facile: vt firmus esse, quam ex hæretici ab errantis arbitrio, antecedenti, ex quo euidenter erroris conuincatur: ne, vt suum errorem defenderet, nec à Deo aperte conuinceretur, vnitatem personæ, quam initio catholicè fatebatur, Nestoriane negaret. Id quod inde latis claret: quod vbi à Concilio directè Elipandi error ex scriptura impugnatur nullum testimonium pro personæ vnitatis recitatur, sed solum quando discursus ex vnitatis personæ elipandicæ impugnatur adoptio. Atque hoc solum voluit Vasq. num. 33. dum coniectura. 3. aiebat: nihil ab eo concilio de vnitatis personæ Christi obiectum ex scriptura, scilicet Elipando, fuisse: cum tamen ea omnia, quæ obijcit ex illo Bernal. vidisset tot ante annis Vasquez Concilij, illius iam dudum ab scholarum vsu exulis vindex, ac reductor.

5 Insistit Bernal. illis epistolæ Adriani col. 4. & sacro syllabi col. etiam 4. verbis: quomodo per istius gratiam nos sumus adoptati si ipse confert nobis in adoptionis gratia fuit? Nam sicut peccata non tollit, si ipse peccatum haberes; ita adoptionis gratiam non tribueret, si ipse propter hominem, quem assumptis sine sorte peccati necessarium egerit, vt gratiam adoptionis acciperet. Sed, si eadem esset, & vna Christi persona filij naturalis Dei, posset nobis gratiam adoptionis mereri: ergo, ne malè argueret Patres dicatur, dicendum est Elipandum diuinitatis Nestorianæ Christi personam induas. Respondeo negando suboptatum. Retenta enim vnitatis personæ filij naturalis Dei in Christo, quin ea filiatione, dignitasque diuinitatis communicaretur humanitati, vt Elipandus erroneè assererat, illius opera non dignificabantur, vt gratiam adoptionis nobis mereretur: quousque, vt minimum, gratis ipsi gratia adoptionis donaretur: quare non omnibus gratiam adoptionis mereretur: sicut, si ipsi remitteretur peccatum, non pro omnibus satisfaceret peccatis, eadè omnia tolleret. Secundo respondi controuers. secunda, Loqui hæc Patres de homine assumpto, & adoptato ex prius peccatore. Illud enim sonat Confors nobis in adoptionis gratia: & illud etiam, Propter hominem, quem assumptis sine sorte peccati, necessarium egerit, priusquam assumeret, vt gratiam adoptionis acciperet: quia in peccato prius fuerat. Quod necessario fuisse aliquatenus ei remissum: quare non peccata nostra, in quibus & suum erat, tolleret & ipse: nec nostri omnium, in quibus & ipse erat gratiam adoptionis mereretur. Id ipsum argumentum continet Adriani epistola citata sententia, quam mutatas videtur ex Augustino tractatu 2. in Ioann. capite primo, ad illa Quæ quæ autem receperunt &c. Ioanno. 1. Non enim nos nisi sumus de Deo, quomodo ille vnigenitus, sed adoptati per gratiam ipsius; Ille enim venit vnigenitus vt solueret peccata, quibus implicaremur, ne adoptaret nos propter impedimentum eorum. Ac si dicat nisi homo ille vnigenitus veniret, sed prius sicut nos venisset peccator, peccata omnium non tolleret, & impedimenta non solueret, ne Filij Dei fieret.

rent, essentque peccatores, cum & suum peccatum ipse non sustulisset, suumque impedimentum non solulisset.

6 Atque hunc esse Patrum, & argumenti huius sensum claret, vltimus ex epistola cit. Concilij col. 15. vbi hæc habentur. *Adoptiuus siquidem non habet aliam significationem, nisi, vt Iesus Christus non sit proprius Filius Dei, neque ex Virgine ei in filium genitus, sed nescio ex quo seruo adoptiuus in filietatem, vt vos dicitis.* Id est seruus natus ex Virgine non Deo, sed seruo alij ex quo esset, cuique naturalis Filius ex Virgine, nasceretur. Deniq; idem sensus aperte colligitur ex testim. Adriani cir. ep. & Conc. Francford. sacrosyllabo recitato, & ponderato cert. 1. num. 4. vbi contendunt Elipandi doctrinam; in Nestorianismum deducere altero è duobus modo; in Nestor purus homo etiam per partum permanserit id quod impugnant ex veritate personæ Christi, quæ est filius Dei: vel quod saltem in vtero Virginis conceptus sit purus homo, & in peccato, licet posterius fuerit assumptus: id quod impugnant testimonio, & ratione Augustini proximè datis ex munere vniuersalis Redemptoris, quod habere, necdum explere minime posset, si ipse peccator præxistisset. Sed instat demum Soar. ex verbis proximis, *vt vos dicitis*, quæ referri ad proxima, & immediata verba debent. *Sed nescio ex quo seruo adoptiuus in filietatem.* Ergo dicit Concilium errorem etiam Elipandi fuisse Christum, quæ hominem, purum hominem fuisse, & ex seruo adoptatum. Respondetur tamen illud, *vt vos dicitis*; referre prima illa verba de significatione adoptiui in sententia Elipandi, indeque colligere, & cum purum hominem fuisse, quæ hominem, ac seruum Dei non naturalem, & eundem Dei filium in vtero saltem Virginis, vt proximè contendebat Concilium contra Elipandum: atque insuper alteri quam Deo, genitum seruo scilicet Patri, quo virginitas Mariæ pessundaretur, quod autem hæc argumenta sint, non sententia Elipandi, quam Concilium impugnat constat ex illis verbis, *Sed nescio, ex quo seruo adoptiuus.* Si enim sententia Elipandi eis verbis referretur non nescio quo; sed designatè referretur consultò. Mirò impugnationes, alias contra Soarium, & Bernalem ex censuris quas de filiatione adoptiua ferunt Patres: eas enim commodius virgebimus qu. 4.

CERTAMEN III.

Concilij Francfordiensis, & epistolæ Adriani autoritas contra nonnullos stabilitur.

1 Dupliciter de virtusque autoritate agi potest. Primo secundum se. Secundo de eis, vt habentur t. 3. Concilior. Primo quidem modo autoritas tanta est, vt res ibi definitas de fide faciat. Etenim Concilium eiusmodi extitisse contra Felicem, & Elipandum, eorumque de adoptione errorem constat ex Adone Siegerto, Abbate Vpergensis in suis chronicis anno 793. Regino, Genebrardo, Gordonio anno 794. Baronio t. 9. annal. anno 783. & 794. item ex Annonio illius sæculi autore de gestis Francor. lib. 4. cap. 83. Blondo Aeneade 2. lib. 1. Antonino 2. p. tit. 14. Platina in Adriano. De eo etiam Concilio, Francfordiensi nomine omisso testatur Ionas Aurelianens. ei coætanus 1. de cultu imagin. in. t. 5. Biblioth. Paul. Amil. 2. de gestis Francorum. propè fin. Dum in eo Concilio damnatum Elipandi errorem aiunt, qui in Francfordiensi damnatus est. Sabellicus Aeneade 8. lib. 8. in eo cum Platina errans quod in eo Concilio errorem Felicis de cultu imaginum damnatum dicat: deceptus, quod de adoratio-

ne humanitatis Christi consequenter ad errorem de adoptione deterius sentiret, atque ibi etiam damnatus fuerit. Mariana 7. de rebus Hispan. cap. 8. Severin. Binius edit. 9. Concilij Francfordiensis. Licet hic cum Baronio, Gualtero, Gordonio Nestorij hæresim à Felice, & Elipando luctatam sensu nimirum à nobis explicato testentur: quam ob rem de existentia Concilij Francfordiensis ad Felicis, & Elipandi errorem damnandum dubitari à sano nedum à docto homine, nequit. De autoritate vero constat Adriani auctoritate vero constat Adriani auctoritate (cuius legati Stephanus, & Theophilactus ei adfuerunt, teste Adone) actum illud Concilium esse: item ab Adriano, quæ ibi definita contra errorem Felicis, & Elipandi fuerunt, quæque in eo acta sunt omnia confirmata fuisse citati Doctores memorant: constatque ex epistola Adriani ad Episcopos Hispaniæ, siue ea fuerit per legatos ad Concilium missa, vt inuicit Carolus Magnus citata sua epistola, siue postmodum ab Adriano edita. Etenim Adriani epistola prorsus est Concilij Francfordiensis dogmatibus, ac definitionibus conformis. Constat denique Concilium illud Patribus trecentis ex Gallia, & Germania coactis, vt in epistola Concilij ad Elipandum habetur. Addunt citati Doctores in eis Patres etiam Italos fuisse, quod mihi dubium non est, cum Romani Pontificis autoritate Concilium congeretur constetque sacrosyllabum eius Concilij librum à Paulino Italo Episcopo Nolensi magna ex parte fuisse confectum. Nec magis dubito aliquot Hispaniæ Episcopos, de quorum fere omnium doctrina agebatur eo conuenisse, quamuis de beato solum constet ex epistola Elipandi ad Carolum Magnum, vbi beatum per antiphrasim eum appellat: atque ferre secum libellum de adoptione Christi, quem ipse misit ad Abbatem fidelem: quæ ex Caroli rescripto clarent.

2 Iam vero de Concilij Francfordiensis, quod nunc habetur. t. 3. Concilior. industria Pissimi, atque eruditissimi viri Laurentij Suriij, autoritate, ipse de eo, quod de reliquis conciliis à se repertis, editisque anno 1567. testatur epistola ad Philippum Hispaniarum Regem, & epistola ad lectorem. Nimirum se nihil in Concilio, aut eorum numero addere, vel detrahere sed tantum cedere, quæ ex vetustissimis exemplaribus manu scriptis, & ex grauis, Catholicisque Bibliothecis excerpserit. Accedit: quod ea omnia, quæ in hoc concilio vt. t. 3. Concilior. habetur, continentur, præter quam, quod pia, Catholicaque sunt iis, quæ in Francfordiensi disputata acta, definita, damnataque Historici Ecclesiastici omnes, atque illius temporis Doctores memorant, omnino concordant: quare & ij omnes Concilio Francfordiensi, quod ibi habetur, fidem faciunt. Tertio cum ex epistola Adriani in sententiis hæresibus prædictis confutandis, damnandisque conuenit omnino, & cum iis, quæ de hac, & de ipso Doctores memorati retulerunt: quare mutuo se, & Concilium, & epistola Adriani fouent, promouentque autoritatem: ac proinde speciale argumentum, quod mox pro epistolæ Adriani autoritate subiungant pro Francfordiensis Concilij autoritate etiam facit. Quarto denique post examen quod res tanta exigebat, superiorum Ecclesiæ consensu approbatione, & facultate centum circiter retro annis fuit excussum, ab Orthodoxis Doctores, Catholicisque academiis omnibus receptum: eius testimonio ac definitionibus ad res fidei, quæ ibi continentur, vel contentas ibi concernunt, tanquam certis indubitatisque fidei, & catholica doctrinæ regulis Catholico nullo tergiversante omnes vtuntur. Ob hæc igitur de Concilij Francfordiensis vt habetur tract. 3. Conciliorum autoritate dubitari, sine temeritate vt minimum, non posse censet Soar. supra. §. *Dices tandem.* Valquez vero plus etiam autoritatis ei Concilio defert c. 7. cui ego omnino consentio.

3 Circa autoritatem epistolæ Adriani præter ea omnia, quæ pro Concilij Francfordiensis fide recensimus; illud etiam suppetit argumentum, quod sci-

lice

licet Pontificis autoritate, iussuque sine quo fieri nequaquam posset, Romæ habito Concilio gravissimorum Doctorum, anno 1592. inter alias epistolas decretales Pontificum excussa fuit, eiusdem Adriani epistolis aliis, ut testatur Vasquez proximè numer. 27. cum autem ibi dicatur eam epistolam. Concilio Francfordiensi (quod scilicet t. 3. Concilior. habetur) fuisse desumptam vtriusque est grauior adhuc firmiorque approbatio: quæque sexaginta annorum decursu vtrique magnam auctoritatem conciliet: sed enim religiosiores eruditoli, qui eruditorum nomen è fide difficili, atque ingenij suspicionibus aucupantur obiciunt, in eo Concilio iniuriosus S. Ildefonsus, S. Eugenius, S. Iulianus accipi, de eis enim hæc leguntur: *quæ ex Parentum vestrorum dictis posuistis, ut manifestum sit quales habeatis Parentes.* & infra de precibus missæ à S. Ildephonso adhibitis, *nihil curandum esse*, dicitur. Respondit tamen facile, Elipandum horum, & Augustini auctoritatibus corruptis suam sententiam confirmasse: cum autem in solius Augustini libris Patres Concilij non Hispani, versati essent, solum Augustinum ab Elipando imposturis liberarunt, Toletanos vero Sanctos, quos non legerant liberare non poterant: quare admissa Elipandi recitatione, in eis audiendos non esse aiebant; sicut Paulus ad Galat. 1. *Licet nos aut Angelus de celo euangelizet vobis præterquam quod euangelizabimus vobis Anathema sit.* Nego vero ea absolute dicta à Concilio creditæ eorum testimonia esse iudicamus, sed ex suppositione, quod eorum essent, ut assererat Elipandus. Nam Concilium in eius epistole finem imposta ab Elipando suis prædecessoribus, sicut, & Augustino suspicatur, atque in hæc illum hortatur. *Definite fratres vestros per aures populi christiani diffamare parentes.*

4 Opponunt durius etiam in ea, & Adriani epistola Elipandum, & vniuersim Hispanicæ Episcopos omnes tractari cum tamen neque omnes errarint, neque ea seueritate Concilia, & Pontifices, Hæreticos ab erroribus soleant epistolis suis ad fidem reuocare: sed in primis, omnes Heterio excepto, Hispanicæ Episcopi cum Elipando errarunt, ut supra obseruamus. Secundo tanta fuit Elipandi arrogantia ad res fidei statuendas, ut aliis etiam nationibus certam fidei regulam veller præscribere: eamque animi elationem, ne in epistola quidem ad Carolum Magnum dissimulauit: vti ex huius rescripto constat, vbi hæc legimus. *In quarum vtriusque serie litterarum non satis nobis elucebat, an quasi ex auctoritate magistrarij nos vestra docere disposuistis, an ex humilitatis discipulatu nostra discere desideratis?* Tertio cum oblitentes pro fide beatum, & Hæreticos Elipandus inelamaret acriter à Concilio, & Adriano obiurgandus fuit, ut compelleretur: sicut Cassianus, & Massilienses viri aliqui docti, & pij quod Prosperum, & Hilarium insectarentur, sanamque doctrinam insectari prohiberent, durius à Cælestino epist. 1. accepti sunt. Quarto cum Elipandi error bis antea damnatus in Felice Vigeliano foret, ut ostendimus q. 2. & 4. non ignorantiam solum, sed & contumaciam præ se ferebat seueritate Concilij, & sedis Apostolicæ frangendam. Quinto non Patrum, & Pontificum omnium stylus æque suavis semper fuit, sed pro cuiusque ingenio acriori, vel mitiori, aut durior aut suavior. Legite Hieronymum contra Hæreticos, imo, & contra Catholicos quandoque multa acrimonia disputantem. Sexto demum, licet Concilium, & Adrianus in suis epistolis loquantur contra errantes aliquando auferius, accidiusque, neutra tamen epistola suauitatis vacua, atque omnia icinua fuit, ut ex vtriusque sine facile legenti constabit.

5 Opponunt tandem aliquid saltem falsum, quod Patres Francfordienses ignorare tunc non poterant, in eam epistolam, quæ nunc habetur obrepisse. Nempe ob iniuriam Christo eo errore illatam Hispaniam in Maurorum potestatem venisse, cum constet multo ante: à tempore à Sarracenis expugnatam, atque subiectam Hispaniam fuisse simo ab expugnatione eius per Mauros quatuor Archiepiscopi Elipando erranti præf-

ferant scilicet *Cicilia, Petrus Dulcher, Sunicredus, Concordius*, ut erudite obseruabit Garfia, de Loisa in collectione Concilior. Hisp. Commentar. de Primatu Ecclesiæ Toletanæ, quem addidit ad decretum Gundemari. Respondet Soar. Hæc ad delicti exaggerationem dicta à Concilio fuisse initium seruitutis sub Maurorum ditione pro continuatione seruitutis eiusdem assumente. Ego vero Concilij sententiam, neque per exaggerationem, sed per veram historiam dictam fuisse censleo: neque initium seruitutis pro continuatione illius, sed in rigida significatione esse à Concilio usurpata; hæresim autem Hispanicam, & errorem Christo iniuriam, ob quem Concilium ait Hispaniam sub imperium Maurorum venisse non bene esse ab obiectantibus intellectum. Etenim ante Elipandi errorem aliis Christo Domino non minus iniurias flagrant. Primo quidem sub Gothorum imperio Ariana hæresis contra Dei filium, & Christum: Deinde hæresis Acphalorum æque iniuriosa Christo. Hos igitur gentes Hispanicæ errores Christo iniuriosos oppressionis Sarracenæ, ab initio etiam, causam Hispanicæ fuisse prædenter, ac vere Patres illi suspicabantur: atque domestico exemplo continuationem miseræ seruitutis ob errorem elipandi à Deo Christo ignominiosum de ipsius adoptione, & seruitute præfatam, prudenter etiam minitabantur, ni eos obstitent.

QVÆSTIO II.

An Christus, qua hic homo, siue secundum humanitatem re ipsa Filius naturalis Dei sit.

DVLICITER potest hic homo usurpari: vel adiectiue pro persona in recto, & humanitate in obliquo tanquam forma dominante, vel substantiue Pro humanitate in recto, & personalitate, seu supposito in obliquo, ut docebamur disput. 1. sæpeque alibi dicemus, præterim controu. 7. disput. 1. de idiomatum communicatione priori modo accepto *Hic homo*, quæstio fuit cum Ario, & Nestorio ac similibus, an Filius naturalis Dei Christus qua *hic homo* foret? Arius enim adhuc secundam personam Trinitatis, quæ huius hominis adiectiue sumpti directum significatum in Christo est, Filium Dei naturalem, & consubstantialiam negabat. Nestorius vero cum suis, cum personam humanam diuersam in Christo à diuina recognosceret illam, siue hunc hominem Christi adiectiue dictum, neque per idiomatum communicationem Filium Dei admittebat; Admittebant vero, Felix, & Elipandus, ut vidimus, subtilisque hac quæst. 2. & 4. videbimus: quare adiectiue sumptus *hic homo* nulla cum his quæstio esse potest. Si autem *hic homo* substantiue accipiatur, iuxta acceptionem secundam, addita reduplicatiua *quatenus*, vel in *quorum* triplicem sensum facere potest. Primum additi diminutiuus. Vt *homo secundum animum est immortalis*, ergo *homo est immortalis*. Secundum sensum facit non diminuentis adiecti, sed designantis rationem, vel formalem, vel primariam materialem, per quam prædicatum toti conueniat subiecto: sic Christus quatenus *hic homo* dicitur *visibilis passus* &c. Et neque hoc sensu potest esse quæstio præfens. Cum certum sit humanitatem neque esse rationem formalem, neque materialem primariam, seu cui primario comperat filiationis naturalis quæ dicitur de toto subiecto Christo. Tertius sensus est, an pars designata illa particula reduplicatiua, sit etiam subiectum, cui conueniat prædicatum, quo explorato toti subiecto comperit, ratione alterius partis, sic negamus hominem secundum animum, vel quatenus animum habet esse mortalem, & corporeum: igitur accepto homine substantiue, atque reduplicatiua voce *quatenus*

in tertio hoc sensu quæstio procedit: sed adhuc homo substantiæ dicitur, accipi potest, ut vagè substantiam aliquam dicit, vel ut re ipsa in Christo est, dicitque increatam Verbi substantiam realiter sumptam: quomodo accipimus in præsentiam ut dicit aliquam substantiam vagè ac non determinatè increatam, vel hanc formaliter sumptam, tertiam insituentem quæstionem.

CERTAMEN I.

Christus qua homo, siue secundum humanitatem Filius Dei naturalis de fide est.

1 Felix, & Elipandus unitatem personæ in duplici Christi natura catholicè admittentes negarunt tamen Christum quatenus hominem, siue secundum humanitatem, ut re ipsa in Christo est, filium Dei naturalem esse. Quibus videntur consensisse ex Scholasticis antiquioribus Scotus, Gabr. & Durand. reliquique DD. qui Christum vel absolutè, vel quatenus hominem, aut secundum humanitatem Filium Dei adoptiuum asseruerunt: Eo enim modo, quo Dei adoptiuum Filium Christum asserunt, naturalem eius filium negant. In eadem causa sunt, qui Christi humanitatem adoptiuam, vel adoptatam Dei filiam docent. Siquidem adoptiua filiatio cum naturali filiatione stare minime potest, ut iam videbimus. An vero dum Christo qua homini, siue secundum humanitatem citati Scholastici naturalem filiationem negant, solamque adoptiuam adscribunt, hominem, ut re ipsa in Christo est, an solum formaliter, qua talem usurpent, q. 3. examinabimus. Expressius sententiam hanc secuti videntur Lorca d. 34. m. 4. n. 37. Ragusa d. 28. asserentes Christum, qua hominem solum per idiomatum communicationem naturalem Dei Filium esse. Quod est: sumpto homine adiectiue pro persona Christi habente humanitatem: id quod satis non esse, ut Felicis, & Elipandi damnationes fugant constabit ex cert. 2. & q. 4. cert. 2. nam & illi Christum, qua hominem, naturalem Dei filium per idiomatum communicationem citatis locis admittentibus, aliquidque vltius de hominis in Christo naturali filiatione Dei contendebant Patres esse admittendum.

2 Equè etiam apertè Bernal. d. 66. per totam, præfertim sect. 1. §. 4. Christo, qua homini, eiusque humanitati filiationem naturalem Dei negauit; tamen adoptiuam non admisit, sed mediam quoadam vtrique repugnantem, quam filiationem propriam Dei dixit: ac proinde Christum qua hominem, ac secundum humanitatem filium proprium Dei solummodo tenendum esse asseruit. Fundatur in verbis Pauli ad Rom. 8. 32. *Proprio filio suo non pepercit.* Secundo pluribus Concilij Francoford. locis ubi Christus secundum humanitatem & carnem filius Dei proprius dicitur. Eam denique propriam filiationem in Christi humanitate ita explicat potius, quam probat: quia humanitas Christi à Deo producitur, ac proinde eius filia est: cum autem Deo unita sit, ac producatur extranea filia Dei esse non potest, sed propria, & coniuncta Deo parenti: Verum tertium hoc filiationis genus inter naturalem, & adoptiuam, non solum præter omnium sensum, sed contra ius omne est. In quo nullus præter naturalem, & adoptiuam filius cognoscitur: imo filius proprius idem ipsum quod naturalis constantè in iure est. Lege *Filius familiaris*, Digestis de adoptionibus. lege *Impuberem*, Cod. eodem titulo, ac passim instituta eod. tit. Vnde secundo Pauli, & Francoford. testimonia, quæ pro se congerit Bernal. ipsum impugnant. Recole verba data Concilij, q. 1. cert. 2. num. 6. Beatiq. & Heterij materiam controuersæ cum Elipando proponentium n. 1. in it. ac verba illa ipsius Elipandi eodem numero posita. *Non poterit ex parte esse proprius, scilicet qua Deus, & ex parte adoptiuus.* Qua Deus autem naturalem filium, & ipse,

& beatus Christum assererent, ipseque statim explicuit in sua confessione num. 2. *Qui non est adoptione, sed genere, neque gratia, sed natura, item signifi. aut nomen filij proprii, ac naturalis.* Item Alcuinus recitatus q. ead. cert. 1. n. 5. *In diuina natura proprium filium Dei in humana adoptiuum.* Si autem proprius filius, ut vult Bernal. medius est inter naturalem, & adoptiuam, non autem naturalis, sed qui naturalem potius, sicut, & adoptiuum excludat quomodo Elipandus, qui in diuinitate, & qua Deum naturalem Dei filium assererent, Catholicique isti Doctores, & Concilium, qua Deum, ac fecundum diuinitatem proprium filium appellant, quin in eius sententia naturalem negent filiationem? Secundo filius verus teste Vernal. in phrasi communi, & Conciliorum idem prorsus est quod naturalis: atqui Christus secundum quod Dauid. filius, idest secundum carnem, & humanitatem definitur à Concilio Francoford. recitando q. 4. cert. 2. n. 3. fine. *Filius Dei non adoptiuus, sed verus.* Contra Felicem, & Elipandum: ergo, & definitur filius Dei naturalis. pluribusque aliis locis dicitur: *Filius Dei verus, non putatiuus: proprius non adoptiuus.* Vbi, & verus id est naturalis dicitur, & proprius, dum adoptiuo opponitur, pro verò, seu naturali tanquam synonymum nomen usurpatur.

3 Accedit quod filiatio assignata à Bernale sit in productione humanitatis, & proprietatis in vnione ad Verbum Deum: ergo hæc filiatione, qua filiatio indiuidua est, neque est Christus qua homo primogenitus, neque vnigenitus. Siquidem Adam ob sui à Deo productionem filius Dei dicitur Lucæ 3. num. 38. pluresque alij Christi progenitores eodem iure Filij Dei ante Christum fuere. Quarto proprietatis hæc non est proprietatis filiationis, cum hæc indiuiduè sumpta sit in productione humanitatis indiuidua, proprietatis vero in vnione ad Deum, Vnde licet humanitati Christi competat esse filiam ratione filiationis præfata, & esse propriam Dei ratione vnionis, aut non competat esse filiam propriam, ut definit Concilium. Nam adiectiuum *proprius*, appellat iuxta Summulistarum regulas, supra formale, & directum significatum substantiæ *Filius*, cui concordat non supra materiale, alioqui logicum imperitum, procerum tamen, logicum magnum dicere debemus: quare licet humanitas quæ vocis *Filius* subiectum, filia, & propria item Dei sit; nusquam Dei filia propria erit, neque secundum illam, aut quatenus homo Christus proprius filius Dei. Tandem in doctrina hac, uti in falsis euenit secum Bernal. non coheret. Cum enim sect. 3. §. 2. correlatiuam huius filiationis propriæ in Deo assignans ait nu. 139. qua Filium respicere Trinitatem. num. vero 142. qua proprium respicere, ut terminum propriissimum Verbum, seu Filium diuinum, cui solum vnita humanitas est. Ergo male contendit Bernal. num. 141. voces illas de celo audivit. *Hic est Filius meus.* Patris de Christo qua homine esse: meus enim proprium valet, Christusque, qua homo proprius Patris, non est per te, sed Filij per te loquentis.

4 Cæterum nihil de filiatione naturali Christi quatenus homo est, aut secundum humanitatem contra præfatas opiniones definitum in Ecclesia hæcenus fuisse docet Soar. disput. 49. sect. 1. §. *Dico ergo primo*, ante med. sect. 2. §. *Non omitam*, sect. 5. §. *Dico ergo tertio*, Lorca supra num. 37. Lugo disput. 35. num. 25. Bernal. disput. 46. sect. 1. §. 1. num. 9. contra vero Vasquez disput. 89. Luis. Torres opusc. 13. disp. 2. dub. 2. §. *Verum dico quinto* Petrus Hurtado disput. 83. sect. 5. sub sect. 4. & Gaspar. Hurtado definitum esse contra Felicem, & Elipandum asserunt non esse filium adoptiuum Dei Christum, qua hominem, sed proprium Filium: cumque medium Filium inter naturalem, & adoptiuum chymericum putent, naturalem esse definitum tradunt. Consentit expressè Granad. controu. 1. de incarnatione tract. 16. disp. 3. sectione 2. §. *Dico secundo*. Constatque apertè ex Concilio Francoford. ex Adriano epistolis citatis, & libro sacro syllabo, ubi adoptiuam Christi, qua hominis, filiationem contra Felicem Vrgelitanum;

gelitanum, atque Elipandum Toletanum excludant, naturalem Dei filiationem de humanitate, vt in Christo re ipsa faceret, seu de Christo qua homine Pontifex, & Patres definiunt, quin ante hoc Concilium bis damnata ea propositio fuerat. Primum à Concilio provinciali Reginensi, seu Ratisponensi apud Reginum Baioriæ, seu Bavariz Metropolim, ciuitatem, hodiè Ratisponam, vbi Carolus Magnus hiemauerat. Cùm enim tunc Cathaloniz, ac proinde Vigeli dominaretur, teste Ambrosio Moral. 3. histor. Hispan. cap. 26. vt Felicitis Virgelitani doctrina humanitati Christi Filiationem Dei naturalis denegans adoptiuamque attribuens examinaretur eo Concilio cogi curauit, à quo, & damnata est, vt refert Annonius 4. de gestis Francor. c. 83. cuius Concilij & damnationis sub Ratisponensis nomine meminerunt Centuriatores, Centur. 8. capit. 9. Feuardent. 3. aduersus hæres. verbo *Christus*, ex his quos addidit Alphonsus de Castro, nec solum Felicitis doctrina ibi damnata, sed Felix ipse conuictus iussus à Carolo Magno fuit Romam adire, erroremque suum coram Pontifice retractare, vt efficit teste Antonio proxime, Sigelerto in chronico, anno 793. Regino anno 794. qui propterea Felicitis hæresim tertio in Francofordiensi Concilio damnatam fuisse ibidem refert.

CERTAMEN II.

• *Posterior conclusionis eiusdem ab autoritate probatio.*

1 **E**X Scriptura præcisè testimonia suppetunt, non quæ rem hanc de fide esse demonstrent, sed quæ satis suadeant; maximè cum ex eis olim eam euinci, licet non definiert, contenderet: tamen Adrianus epist. ad Episcopos Hispan. Primus locus sit ad Rom. 8. *Proprio filio suo non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Ad quæ Adrianus. *Scimus, quia non est traditus secundum diuinitatem, sed secundum id quod homo erat, illum nimirum, qui traditus est, id est hominem ipsum Apostolus proprium Dei Filium protelatur.* Secundus ex Matthei 16. *Tu es Christus Filius Dei viui.* Ad quæ in sacrosyllabo hæc: *fortassis erigeres perfidia autem, si absolute dixisset, tu es Filius Dei viui fingeres forsitan more tuo falsa argumentatione, vt diceret: secundum diuinitatem eum Filium Dei confessus: sed quoniam cum additamento dixerat tu es Christus Filius Dei viui omnium hæreticorum ora fidei sue pugno attriuit: Christi namque nomen ab homine quem assumpsit accepit, quia vnctus in homine fuit. Id est humanitate, quo testimonio Adrianus eodem modo citata epistola vitur. Nec dici potest loqui Patres hos de filiatione Christi hominis per communicationem idiomatum: nam Adrianus eo modo contendit esse Filium naturalem Dei, quo solus, vt homo dicitur traditus, sed etiam, vt Deus: ergo contendit etiam exclusi idiomatum communicatione, qua hominem, siue secundum humanitatem, Christum esse naturalem Filium Dei. Secundo Filium naturalem Dei per idiomatum communicationem hominem Christum non negabat Elipandus, vt vidimus, sed hoc sensu quem patres intendunt, quin Adrianus Elipandi vocibus se accommodans pronomine *ille* non personam hominis, sed naturam significat, sicut ipse Elipandus iuxta dicta questione 1. certamine 2. numero 3. id quod ex illo: *quia vnctus in homine fuit.* Clarius constat. Nam in homine, vt personam dicit, neque vnctus Christus est, neque eius homo assumptus, sed in humanitate.*

2 **E**adem emphasi refert Adrianus illud Matthei. 3. vbi ascendente è Ioannis baptisate Christo Spiritus S. Columbæ specie supra ipsum descendit, voxque hæc Patris è cælo audita est: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* ad quæ sic Adrianus epistolæ sine. *Aduerte quia nihil vobis restat, vt secundum diuinitatem tantummodo credatis dixisse Patrem: Hic est filius meus; sed potius secundum humanitatem, supra quam spiritus dicitur*


descendisse. Quo etiam modo expendit simile Patris elogium, vel potius idem repetitum Matthei. 17. vbi *Filius dilectus*, nomine naturalem Patres, & interpretes omnes intelligunt. Consonat huic Adriani ponderationi Petrus epist. 2. c. 1. *Accipiens enim, ait, à Deo Patre honorem, & gloriam voce delapsa ad eum huiusmodi à magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Et gloria enim tunc secundum humanitatem accepit tempore, quam secundum diuinitatem æternè habuit. An vero Pater ibi loquens tota Trinitas sit: vt voluit Adrianum indicasse, an solus æternus Pater declarabimus infra ex Patribus. M. Gregor. 1. Moral. c. 6. alias. 29. ad id; *vir magnus inter omnes orientales.* sic ad rem præsertem habet. *omnes, qui in fide Deo nascuntur superat, Christus quia non, vt ceteros adoptio, sed natura illum diuinitati exaltat, qui est humanitate ceteris apparuit similit, diuinitatem mansit super omnia singularis. Pendet. Natura illum diuinitati exaltat. oppositum adoptione ceterorum, vt exaltatum in Dei naturalem filium hominem, in eo quo ceteris similis est, necpè humanitate, aseri à Gregorio intelligas: in eoque esse super omnia singularem, qui adoptione filius Dei esset communis, quæ sententia adeo constans, ac certa Gregorij est, vt Elipando suppositiui Ildephonsi testimonij se protegenti sic citat epist. ad ipsum Concilium Francofordiense relapsit. Si ildephonsus vester in orationibus suis Christum adoptionem nominauit, nos vero Gregorius Pontifex Romane sedis, & clarissimus toto orbe doctor, semper eum vniuersum nomen non dubitauit.*

3 Sed iam in nostræ sententiæ confirmationem, sanctique nostri Ildephonsi honorem, qua vafritæ, & malitia pro Christi adoptiua filiatione, & negatione filiationis naturalis Dei ab Elipando recitaretur ostendamus. Quo etiam ab ea impostura nostros etiam Eugenium, & Iulianum vindicabimus. Et quomodo ex eis, quæ Augustino ad erroris illius confirmationem imposita ab Elipando Concilio Francofordiense deprehendit, satis suadeatur sanctissimos, doctissimosque hos patres imposturas similes ab Ildephonsi uocibus passos fuisse: cum eorum scripta non adeo, atque Augustini volumina tunc essent euulgata: Audiendus nunc est Ildephonsus. t. 9. Biblioth. lib. aduersus eos, qui dissipant de perpet. Virginit. S. Mariæ, & de eius partur. col. 3. sic fatus. *Non illum, vt ceteros adoptio filius, Dei scilicet filium, sed diuinitatis natura illum in proprium Dei filium exaltauit. Ecce quam non diffonet; sed consonet Gregogio Pergitonauit, & illi nomen, quod est super omne nomen, vt esset totus Dei filius homo, & uerbum: id est secundum humanitatem, & diuinitatem) quia nunquam non fuit Dei filius, qui sempiternus permanet vniuersitatis vniuersus. Nunquam igitur ipse purus homo conceptus, nec natus, fuit: ceteri nascuntur infantes, vt èi adoptionis gratia, aut ex molimenti uirtutum prerogatiua filij præstaretur; sed Dei uerbum, quæ caro factum est, assumpsit hominem in se sine persona hominis, ut totus esset Christus proprius Dei filius &c. quibus prophetae successorem Elipandum, ne erraret docuit, satis, atque errantem conuicit argumento, quo tot post annos à Patribus Francofordiensibus, edoctus, conuictusque fuit non esse adoptiuum Christum qua hominem: quia extranea Deo humanitas illa, personaque Christi non erat.*

4 Succedat Hilarius sexto de Trinitate circa finem illud ad Rom. 8. *Proprio filio suo non peperit* ita ponderato. *Nunquid nam, & iam nunc, adoptionis in eo erit nuncupatio, in quo proprietatis est nomen: vbi licet contra Arrian. agnorationem tamen Concilij Francofordiensis contra Elipandum anticipato satis acute dedit, Isidorus de doctrina, & fide Ecclesiasticorum. dogmat. c. 2. & author. libri de Ecclesiasticis dogmat. apud August. C. etiam 2. reuertit à Concilio Francoford. citata epistola sic aiunt: *Dei filius hominis factus est filius, natus secundum ueritatem ueritate ex homine hominis filius, ut ueritas vniuersitatis non adoptio nec appellatione sed in utraque ueritate filij nomen nascendo haberet, ut esset uerus Deus, & uerus homo uerus filius.* Consonat Leo 9. epist. 3. quæ est ad Petrum Episcopum Anthiochenum confessione fidei extat t. 3. alias 4. Concilij.*

clior. sic scribens. Credo Deum verum, & hominem verum proprium in utraque natura: (Filium) non commixtionem, atque diuisionem passum: non adoptiuum, neque phantasticum: unicum, & unum Filium Dei in duabus naturis. Adde Alcuinum recitatum quæst. 1. cert. 1. Beatum, & Heterium recitatos cert. 2. qui in eodem libro contra Elipandum ubi postquam dixerant, quo casu adoptiuus Christus homo foret, subdunt col. 13. Nunc autem, (sicut beatus Augustinus testatur in omnibus libris suis) ex quo caput esse in ytero Virginis Filius Dei unicus esse capit. Ex quibus satis liquet filiationem naturalem Dei in Christo qua homine etiam, siue secundum humanitatem definitam esse, oppositumque damnatum à Concilio, Adriano, Augustino, & reliquis Patribus.

5 Constat etiam ab omnibus Scholasticis esse conclusionem receptam, si Scortas aliquot, & Bernalense excipias, quem temeritatis anticipato videri damnasse Soarius noster, grauius vero Valquez, nec video quo pacto singularitatis, vt minimum, notam effugiat, qui contra Doctores reliquos citatos, totque Patrum sincera, & plana testimonia humanitati Christi, propriam hæc inauditam introducat filiationem, ac denegat naturalem, quam in primis reliqui etiam Scholastici docent. M. Albert. citand. q. 3. Valent. d. 1. qu. 23. punct. 1. §. Breuiter, Becan cap. 18. quæst. 5. ac reliqui locitatis nostræ Doctores. Alvarez d. 7. n. 13. Medina Cabrera, & Thomistæ alij, 3. part. q. 23. art. 4. Basilius Legionens. citandus qu. 3. atque vniuersim quotquot Scholastici rem hanc post Valquez, & Francofortidensis Concilij, atque epistolæ Adriani insauratam in scholis notitiam de hac re scripserunt. Accedit, quod contra ius, falsque omne proprium Filium medium inter naturalem, & adoptiuum inducit, eumque impossibilem cum Filio naturali docet, ex quo absurdum inferitur quod contra ipsum notabam cert. 1. num. 2. impugnatione 2. scilicet Christum, qua Deum etiam Filium Dei naturalem hæreticè negandum quandoquidem Filius proprius Dei, quæ Deus est à Patribus asseritur: quare in hac doctrina naturalis Dei Filius negatur.



QVÆSTIO III.

Ratio theologica formalis filiationis naturalis Dei in Christo qua homine, siue secundum humanitatem examinatur.

TS I conclusio de filiatione naturali Dei in Christo qua homine, siue secundum humanitatem, vt re ipsa in Christo est, certa adeo sit; ratio vero theologica non adeo certa, & constans omnibus Theologis est Theologica difficultate percussis in varias vias dispersis.

CERTAMEN I.

Rei difficultas, varique aliorum solutiones consutatae.

I Difficultas contra proximam dogmaticam conclusionem sic habet; filiatio naturalis est Origo viuens à viuente à principio coniuncto, siue per principium coniunctum in similitudinem naturæ modo à nobis explicato controuers. de Trinit. disputat. 3. At humanitas Christi, vt re ipsa est, non producit à Deo principium coniunctum, siue à principio coniuncto, neque in similitudinem naturæ cum Deo producente, vt Pater: ergo neque eius est à Deo generatio, siue

filiatio in fieri, neque in illa filiatio vera, naturalisque Dei in facto esse. Recentiores aliqui negant minorem: quia, cum homo ad imaginem, & similitudinem Dei factus dicatur, eo ipso, quod humanitas Christi producta à Deo viuente, ac viuens ipsa est, similis ab illo in natura producta proculdubio est, vt etiam productionis principium vero coniunctum censent satis ratione vnionis hyposthatice, qua Deus producens coniunctus est productæ humanitati. Pro hac doctrina nollem stare Petrum Hurtado. Etenim, si ad naturalem Dei generationem, ac filiationem similitudo, quæ est in creatura, etiam rationali ad Creatorem, sit satis male Hilarius lib. de Synodo aduers. Arrian. reliquique Patres inferunt ex filiatione Dei naturali, quæ in Verbo est, & similitudine, quæ inter Patrem, & Filium diuinum debet intercedere Verbi cum Patre consubstantialitatem. Illud etiam de coniuncto principio impugnabitur statim. Recentiores alij apud Lugo d. 3. 1. sect. 2. ratione vnionis hyposthatice vtumque in humanitate reperiri arbitrantur. Nempe, & coniunctionem Dei producentis, & similitudinem cum illo in natura eadem quam habet humanitas physicè per vnionem, eos autem bene impugnat Lugo. Nam productione humanitatis non ponitur similitudo, in illa, sicut poni debet per naturalem generationem in filio naturali, neque per principium coniunctum exerceret humanitatis productio: sed huic. per accidens adiungitur, quod principium illud coniunctum physicè cum suo termino, scilicet humanitati, sic, vt patet quo in ea parte, in qua Recentiores primi cum secundis conueniunt, impugnati etiam manent.

2 Verum in secundum modum olim incidens ita pro eo discurrebam. Nimirum non obesse veræ generationi naturali, quod similitudo vi generationis, qua influxus est, principiumque coniunctum in termino ponatur, vt patet in æterna generatione, qua, vt influxus est formaliter non ponitur natura in Filio, quæ nullatenus producit, sed personalitas sola formaliter, ac ratione illius tota persona; sed ponitur natura generatione æterna, qua hæc communicatio est. Quid ergo mirum, si in filiatione hominis, seu humanitatis Christi, ipsius productio similitudinem in natura diuina cum Deo generante non ponat, sed aliunde è formali vnione ponatur: cum eaque productio, quæ generatio se sola non erat generatio sit? Confirmatur: quia, vt diximus, humanitas Christi producta fuit dependenter in sui existentia ab vnione hyposthatice, vt sic personam creatam non haberet. Si autem demus eadem actione, & humanitatis, & vnionis existentiam fuisse simul productam in eadem actione identificatam inuenietur, quod in actione generatiua æterna. Nam licet illa actio, qua humanitatis productiua similem in natura non ponat, aut quæ eademmet vnionis productiua est eam ponit, vt in Verbi generatione, qua influxiua est non ponitur natura Patris generantis, sed qua eademmet est communicatiua; & quidem si de conceptu metaphysico naturalis generationis non sit, vt, qua productio similitudinem naturæ cum generante ingenito ponat, sed satis sit si ex adiuncta communicatione ponatur, quod realiter, vel solum formaliter productioni termini adiungatur per accidens erit. Hæc porro meditatio in Bernalis sententia, qui cum vudango actionem humanitatis productiuam re ipsa vnionem hyposthatice esse defendit erat adhuc expeditior. Sed ille tamen non eo vique discurrit.

3 Sed neque nostri huius discursus fulcro ea opinio fundata videtur nobis posse consistere. Cum enim generatio species actionis sit per omnes, actio indiuidua, quæ totum esse, etiam indiuiduale, actionis habet, quin generatio sit, alterius extrinseci, siue physice, siue metaphysice, adiunctione fieri generatio nequit: alioqui indiuiduum vnum mutare speciem posset, atque sub alia opposita collocari permanendo simul cum tota sua indiuiduatione, quod implicat aperte, quis enim dicat indiuiduum hominis. Verbi gratia, Petrum equi indiuiduum

Kkk indiuiduum

indiuuam alterius extrinseci, siue physicè, siue metaphysicè adiunctione fieri posse? cum ergo tota actionis productiua humanitatis essentia adhuc indiuuam, (quæ tota ab agente, & termino est,) generatio non sit ex adiunctione physica, vel metaphysica communicationis humanitatis producte in natura cum Deo producente fieri generatio nequit. Ratio a priori est: quia ex diuersitate termini non subordinati, siue realiter, siue formaliter actio creata realiter, vel formaliter specificatur, & indiuuatur: unde actio eadem, vt terminatur ad vnionem etiam in Bernalis sententia, diuersa formaliter est à se quatenus ad humanitatem terminatur: quare neque est hæc formaliter generatio. Dices, actio quæ huius terminieductio non est, v.g. quantitatis eucharisticæeductio esset ex respectu ad subiectum quin aliquid in ea foret, quod non esseteductio: ergo productio humanitatis à Deo viuente, licet respectu illius præcisè generatio non esset; at respectu vnionis cuius etiam est productio, quaque similitudinem cum viuente producente ponit in humanitate tota erit generatio, seu productio viuents à viuente in similitudinem naturæ. Nego consequentiam: quia agens, & passum sunt extrema actionis essentialiter subordinata, & vnum quodque eorum inadæquatam. Vnde nulla actioniseductiue formalitas intelligi potest, quin ab vtroque oriatur, & vtrumque essentialiter respiciat; at vnio, & humanitas termini inter se subordinati illius actionis, qua simul vtraque produceretur non sunt: quare respectus indiuuam ad vnionem, non esset formaliter respectus ad humanitatem: ac proinde huius productionis per accidens productio assimilatiua metaphysicè, & formaliter contingit. Hinc constat ratio disparitatis æternæ generationis, quæ cum sit essentialiter productio ad intra essentia sua est productio communicatiua naturæ eiusdem, quæ est in generante. Denique duplex recitata opinio impugnatur, quia hac ratione Christus, qua homo totius Trinitatis Filius esset non Patris, cuius solum Filium esse cert. 3. ostendimus, vel potius nullius personæ Filius esset, vt dicemus d. 4. q. 2. cert. 1. n. 5.

4. Soar. lect. 1. & 2. Christum, qua hominem Filium esse naturalem ait: quia est hæres bonorum paternorum Dei, qua homo est iuxta 1. ad Rom. *Locus est nobis in Filio, quem constituit heredem vnus foris.* Quod ius Christo qua homini competit non qua Deo. Sed hæc effectum filiationis reddit; quam solum in præsentiarum inquirimus: nec difficultatem propositam à priori, atque ex essentia, & definitione naturalis generationis petitam soluit, explicatque, in quo stet filiatio hæc naturalis Dei. Etenim dum impugnatio illa a priori consistit dicent aduersarij loqui paulum de Christo, quæ Deo, vt innuere videntur, quæ sequuntur. *Per quem fecit, & secula.* Secundo si de Christo quatenus homo est, loquutum admittant, dicent loqui per idiomatum communicationem: quare male adhuc à posteriori, patrum conclusio probabitur. quæ cum videret Soar. ait filiationem istam & ius hæredis bonorum Dei fundari in vnione hypostatica intrinseca, & naturali ipsi Christo, licet non humanitati, Christovè qua homini, siue secundum humanitatem, vt re ipsa est, accepto: atque humanitatis naturalem Dei filiationem non esse propriè naturalem filiationem illa definitione contentam, qua ratione solum quatenus Deus est Christus naturalis Dei Filius dici potest. In primis explicatio hæc difficultati succumbit, patrumque conclusionem de propria filiatione, & naturali Christi qua hominis, respectu Dei deserit planè. Secundo cum ius hæredis eo gradu, quo est filiatio, sit in Filio: si Christus, qua homo propriè naturalis Filius non est, nec propriè erit hæres naturalis Dei Patris, qua homo Christus est: solumque erit adoptiuus hæres, ac Filius ratione gratiæ habitualis. Tertio cum sola filiatio naturalis pugnet cum filiatione adoptiua gratiæ, ratio Patrum contra filiationem adoptiuam Christi qua hominis, siue secundum humanitatem prorsus enervetur. Quarto: vt hæc omnia cessarent, nulla in hac doctrina ratio, aut explicatio conclusionis afferretur, sed solum ratione vnio-

nis hypostaticæ humanitatem habere filiationem illam naturalem impropiam: quod, qua ratione fieri per vnionem possit, indagamus omnes, ac duos iam modos impugnamus. Explicata ergo tuum, si ab illis diuersus est, si forte probetur.

5. Granad. 1. 2. §. *Dico secundo.* Parum, vel nihil à duobus primis modis discrepans, imò nec eorum præcipuè secundi subtilitatem attingens, Christum qua hominem, siue eius humanitatem, Filium naturalem Dei esse ait: quia ratione vnionis hypostaticæ diuinam naturam participat, sed tamen præcedentium modorum omnium impugnationibus patet, atque omnes hi modi impugnationibus huic, nostro iudicio, efficaci. Nam Spiritus S. producitur similis strictus in natura diuina Patri, & Filio, particepsque Deitatis ipsorum, iusque habet ad omnia bona Dei, multoque amplius, quam humanitas ratione vnionis, quæ laxior participatio, ac similitudo est, quam identitas, iurisque laxioris ad bona Dei: cum nec Deum humanitatem, nec omnipotentem, nec immensam &c. constituat, sicut identitas naturæ constituit Spiritum S. & tamen similitudo in Deitate Spiritus S. cum suo principio eiusdemque Deitatis participatio identica non constituit Spiritum S. Filium: ergo multo minus similitudo, participatioque diuine naturæ, quæ est in humanitate per vnionem ipsam, siue Christum, qua hominem, Filium Dei naturalem constituet: vel si eum, qua calens Filium Dei naturalem constituit, potiori iure Spiritus S. Filius Dei naturalis habendus erit: quod est hæreticum, & contra Athanas. & fidei Nicænæ symbolum illis verbis. *Non factus, nec genitus, sed procedens.*

CERTAMEN II.

Vera dogmatica huius veritatis theologica ratio.

1. Solidam veramque dogmaticam huius naturalis filiationis Christi qua hominis, siue secundum humanitatem respectu Dei rationem videtur mihi attigisse. M. Albertus, in 3. d. 10. a. 13. clarius Valent. d. 1. q. 33. punct. 1. explicatque Valsq. vbi proximè c. 14. num. 80. omniumque clarissimè, & Luculentissimè, Basil. Legon. plures ex antiquioribus referens. Consentient Curd. lib. 2. controu. 2. Lugo Card. vbi proximè lect. 3. n. 9. & ferè Vvadingo d. 1. dub. 1. §. 2. num. 11. & 12. est autem huiusmodi: quia nimirum humanitas ratione vnionis ad filium naturalem Dei habet filiationem naturalem Dei in factio esse: quemadmodum ergo: quia Christus, qua homo eiusque humanitas albedinem pulchritudinemque habet: qua homo Christus, humanitasque ipsius alba pulchraque denominatiue, & est, & dicitur, siue albedinem habens, Christusque, qua homo albus, & pulcher: ita etiam, qua filiationem naturalem Dei ratione vnionis humanitas re ipsa habet, tam ipsa, quam Christus qua homo, siue secundum humanitatem Filium naturalis Dei denominatiue, & est, & dicitur, accidentaria, nempe prædicatione de humanitate secundum se essentiali vero de Christo, qui sine ea humanitas, & vnio esse essentialiter nequit, ac de ipsa etiã humanitate in Christo est: non secus atque humanitati eidem accidentata est albedinem habere, vel pulchritudinem, quare de ea accidentaliter prædicatur albam esse, vel pulchram aut essentialiter, vt eas habet formas. Ex qua ratione bene infert Basil. Legionen. si humanitas Patri, vel Spiritui S. vniretur loco Filij, licet æque tunc diuinitati vniretur, tamen non fore illam, siue Christum, qua hominem naturalem Dei Filium. Ne vero inde etiam naturalem Dei Filium æteru inferas per idiomatum communicationem Filium Dei non solum intrinsecè, & essentialiter esse, dicivè posse, sed denominatiue etiam fecit dicitur passus, ac mortuus. Nam idiomatum, communic. ea solum de natura altera in concreto dicuntur ratione alterius, quæ huic per se, ac primario, competit non

non illi : aut huic concreto Verbum ac filius Dei per se ac primario, & essentialiter competat esse. Filium naturalem Dei, non autem humanitati nisi ratione vnionis ad ipsum: quare neque esse filium denominatiuè de filio Dei per idiomatum communicationem dicitur. Cuius ratio generalis, & à priori est, quia implicat aliquid esse per se, ac simul denominatiuè, seu non per se tale.

2. Atque eum quidem esse Patrum sensum constat. Primò : quia contendunt Christum qua hominem, siue secundum humanitatem esse Filium naturalem Dei, non solum per idiomatum communicationem, per quam, (vt vidimus Filium naturalem Dei esse Christum, qua hominè, etiam Elipadus concedebat) sed alia ratione quæ nisi hæc sit, alia non inuenitur: secundo: quia ita docent Patres esse Filium Dei, Christum qua hominem siue secundum humanitatem, vt non solum dicant esse qualem Filium Dei (quod vtcumque, licet, vt vidimus, ægrè ratione vnionis ad Deitatem, participationisque diuinæ naturæ, quam re ipsa Christi humanitas habet intelligi potest,) sed esse Dei vnigenitum, primogenitum, eandemque filium Dei, qui genitus ab æterno, siue æternaliter à Patre est: id quod cum identicè, & essentialiter dici de humanitate, siue Christo qua hominè nequeat, vt vidimus, neque ratione vnionis ad Deitatem, quam æquè haberet humanitas vnita Patri, vel Spiritui, nec tamen tunc esset illo sensu primogenitus, vel vnigenitus, idemque Filius Dei, qui fuit ab æterno, restat, vt filius idem, qui ab æterno vnigenitus, ac primogenitus Dei Christus qua homo dicitur à Patribus denominatiuè: quia scilicet, ratione vnionis ad filiationem in factò esse, siue ad Filium Filium naturalem Dei Christum, qua homo, siue ipsius humanitas accidentariè sit, ac denominetur modo explicato. Denique nostra hæc ratio, atque explicatio filiationis naturalis Christi qua hominis, siue humanitatis probatur: quia difficultates propostæ illam non tangunt. Nam prima, & cui succumbunt reliqui, à definitione naturalis generationis petra naturalem filiationem denominatiuam non impugnant: cuius definitio non est, sed essentialis, quæ in filiatione Verbi, à qua humanitas denominatur, dubio procul reperitur. Secundum argumentum, cui, quia illud non viderunt, non occurrerunt aliarum rationum DD. nec visum quandò in illis persisterint solent, vim contra nos minime habet. Nam Spiritus neque essentialiter, seu intimè Filius est ob rationem à nobis datam controu. de Trinitate, nec denominatiuè, quia neque æterno Filio vnitur, sicut humanitas, neque ipsi identificatur, sed solum deitati, quæ pro vt in illo, filius adhuc identicè non est iuxta fidem.

3. Dices: ergo, si humanitas vniretur Spiritui S. diceretur, essetque denominatiuè Spiritus S. Fateor? Quid enim ibi absurdum? Pergis: ergo, & diceretur humanitas tunc spirata denominatiuè. Deglutires cum Lugo sect. 3. n. 31. consequentiam, nec fortè magno Theologiæ incommodo; negada tamen est: Nam denominatio passionis grammaticalis, cuiusmodi est spiratum esse solum denominat terminum non subiectum eius; sic materia animæ, & albedinis subiectum, licet animetur illa, hac vero dealbetur illius creatione non dicitur creata, neque huius educatione dicitur educa, licet huius etiam educationem patiat. Dices: ergo nec poterit iuxta hanc doctrinam humanitas Christi, seu Christus, qua homo vnigenitus. Quod est contra Patres. Nego etiam consequentiam, quia hæc nomina sumuntur pro termino generationis in factò esse substantiuè, nec solum, vt adiectiuè denominato à generatione: quo solummodo vsurpatur nomen spiratus, seu spiratum. Instabis autem, vt probes consequentiam illam primam. Humanitas in eo casu esset Spiritus S. vt nunc est Filius: sed Spiritus est quid spiratum saltem neutre, & Filius neutre etiam quid genitum, ergo humanitas tunc esset quid spiratum, nunc autem quid genitum, sed quod idem est, quid habens extrinsecè generationem, seu spirationem, à quarum altera in alterutro casu denominetur: quo admisso æquè commodè imò necessario admitti debet in altero casu Christum qua hominem, cuiusque humanitatem esse

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

spiratum, vel spiratum in altero vero genitum. Resp. tamen argumentum purum esse paralogramum. Distinguo maiorem; esset Spiritus S. & nunc est Filius humanitas denominatiuè, & adiectiuè, Concedo maiorem Substantiuè, & essentialiter nego maiorem. Minorem item: Spiritus, & Filius substantiuè est quid spiratum, & genitum denominatiuè concedo minorem, Spiritus, & Filius denominatiuè, est quid spiratum, & genitum denominatiuè nego minorem, & nego consequentiam, & reliqua.

4. Obiicies ex Vasquez, & Lugo: ergo si humanitas vniretur hypostaticè Patri esset Pater Verbi denominatiuè sicut modo est Filius denominatiuè patris, vt mox dicam cert. 3. Respondet Lugo num. 34. ita posse tunc dici Patrem per idiomatum communicationem sicut modo dicitur Filius Sed certè plus petit argumentum, nempe eodem prorsus modo debere tunc dici Patrem Christum, qua hominem quo dicitur nunc Filius, cum Filio vnitus est. Vel ergo tunc Filium solum per idiomatum communicationem dici Christum qua hominem contra Patres, & contra te credis, vel vltèrius aliquid debes respondere: possetque facile iuxta sua principia consequentiam admittere ego autem illam nego: quia patris denominatio agendi est, quæ non cadit in actionis subiectum, sed in actionis principium: vt patet in educatione, quæ subiectum è quo terminus educitur, non denominat educens, sed solum principium actuum. Instabis: æquè pater in diuinis essentia sua Pater est iuxta Patres datos controu. de Trinitate, disputatione 3. & 7. atque Filius essentia sua est Filius: ergo, sicut hic, quia secum dum se habetur ab humanitate per vnionem, licet non à generatione passiva genitum, seu Christum qua hominem genitum denominet, aut denominat Filium æquè habetur Pater per vnionem ab humanitate licet denominaret Patrem à generatione hoc est generantem, aut Patrem absolute denominaret humanitatem siue Christum, qua hominem. Respondetur antecedens in sensu quo obiicitur falsum, nec patrum esse, vt ostendam cit. disp. 3. quæst. 4. & disput. 7. Paternitas ergo & Filius sumi possunt, vel relatiuè prædicamentaliter, vel pro persona patris, & Filij. Primo modo æqua est vtriusque ratio, neuterque vnitus humanitati denominat illam, siue Patrem, siue Filium prædicamentaliter. Secundo modo non est ratio patris, & Filij eadem. Nam persona Filij secundum se considerata, ac præcisè à generatione, quam essentialiter supponit, vt in se sit, est Filius in factò esse, ac proinde filiatione intrinseca in factò esse humanitatem, cui vnitur, Christumque qua hominem Filium constituit denominatiuè. Pater autem personaliter constitutus non est Pater prædicamentaliter, neque generans formaliter, sed omnem generationem, & paternitatem formalem antecedit, solumque dicit innascibilitatem: quare eam solum humanitati sibi vnite denominatiuè communicaret. Instabis filiationis naturalis in diuinis est denominatio extrinseca proueniens à generatione per nos in terminum productum: sed humanitas Christi non est terminus productus per generationem naturalem Dei: ergo nequit denominari denominatione filiationis naturalis Dei. Distinguo maiorem. Filiatio formalis prædicamentalis fateor: Formalis intrinseca, seu illius prædicamentalis terminus, nego: ac proinde de hac poterit Christus qua homo, seu humanitas eius denominari, etsi terminus productus per generationem non sit, licet prædicamentali in nostra doctrina nequeat denominari, talis. Plura parraphis multis oponit Bernal. maiori contentione, quam difficultate, quæ proinde minoris æstimo, quam tempus, & chartam. Illud aduerte filiationem hæc in factò non esse formam à qua Verbum Filius dicitur, sed terminum productum generatione, à qua Filius, & est, & dicitur, ne aliquo diuino, à quo formaliter diuina persona denominatur, similem denominationem ab humanitate suscipi contra statum fixumque à nobis principium d. 3. cogaris admittere.

CERTAMEN III.

Cuiusnam persona Trinitatis Christus, qua homo filius sit.

VAlquez citato capite 14. 5. *Tertio colligitur*. Soar. sect. 2. 5. sextam rationem Luis. Torres supra dub. 9. Gaspar. Hurtad. supra Petrus Hurtad. supra sect. 6. Becan. c. 18. qu. 15. num. 8. asserunt Christum qua hominem re vera totius Trinitatis filium esse, licet ea locutione utendum non sit, nisi cautè, ne duplex naturalis generatio Deo appingatur ipsi, altera saltem ab æterno cœua, & temporalis alia. Laudo religionem, metus autem, qui veritatem zelent pessimè semper odit, vel enim filius est naturalis Dei Christus qua homo, alia filiatione quam æterna, vel non alia? si alia duplex filiatione naturalis Dei asseritur in conclusione: ergo æque est absurda conclusio, atque illius in loquendo usus: quare & conclusio æquæ atque usus illius exterminanda est, vel æquæ usus ipsius atque conclusio ipsa admittendus erit. Si non alia filiatione, quam æterna verbi Christus qua homo filius naturalis Dei est: ergo eum solum respiciet Patrem, quem filiatione æterna Verbi, à qua denominatur, atque est filius respicit, atque filiatione æterna Verbi solum respicit, ut Patrem primam Trinitatis personam, non autem tres totas personas Trinitatis, solumque primæ personæ, non totius Trinitatis Verbum constituit Filium, ut Fides Dei catholica docet: ergo humanitas Christi, seu Christus, qua homo solum respiciet primam personam: ut Patrem non Trinitatem totam filiusque solum, non Trinitatis totius erit naturalis Filius, & quidem ex ratione secundæ huius partis mireris in consequentiam nostrorum Vasq. & Assecl. qui nobiscum in ratione, & explicatione naturalis filiationis Dei in Christo qua homine cert. 2. conueniunt, & tamen filium eum qua talem totius Trinitatis nunc asserunt. Totum horum fundamentum fuit Adriani sententia non satis penetrata quam infra explicabo, imo bonum etiam malæ huius locutionis in tantorum Doctorum obseruantiam debitam aperiam.

2. Bernal. citata d. 46. sect. 3. §. 2. docet Christum qua hominem in ratione filij totius Trinitatis filium esse, atque etiam in ratione proprii, quæ productioni, seu quod idem est filiatione humanitatis ratione vnionis hyposthaticæ per accidens iungitur, & proprium totius Trinitatis esse: sed enim permixta nunc Bernal. propria filiatione humanitatis media inter naturalem, & adoptiuam, quam satis impugnauius q. 2. Permissa etiam nunc adiunctione accidentali ad productionem humanitatis, ex quo adiuncto propria ea filiatione constituitur, quæ secundum se talis non est, quam etiam impugnauius hic cert. 1. nihilominus doctrina hæc nequit iustificari absolutè, multoque minus in eius principiis. etenim, etsi vnio humanitatis facta sit non solum ad personalitatem Verbi, sed ad totam eius personam quare, & ad naturam, ut identificaram cum Verbi personalitate, id quod probabile esse docuimus, nequit efficere naturam humanam propriam totius Trinitatis hyposthatica illa vnio: quia vnio hæc illius efficit propriam humanitatem, cui illam annectit: atque vnio hyposthatica humanitatis facta non solum ad personalitatem Verbi, sed ad totam etiam personam, quare, & ad naturam, ut identificaram cum Verbi personalitate non adnectit humanitatem ad tres personas Trinitatis, sed ad solum Verbi personam: ergo solius Verbi propriam facit non Trinitatis totius: ergo neque est filia (ut grammaticè concordem) propria humanitas totius Trinitatis, sed Verbi solius, quod argumentum maiorem vim habet in sententia alia communiori, quam etiam probabimus asserente humanitatis vnionem ad solum Verbi personalitatem factam formaliter, & im-


mediatè esse, quam ne ex opposita inferatur ad tres personas fuisse humanitatem vnionem, adeo certam reputat Bernal. ut oppositum errorem somnium appellet d. 22. sect. 1. num. 1.

3. Vera igitur ac nostra conclusio sit Christum qua hominem, siue secundum humanitatem naturalem filium solius Patris esse. Est longè communior Alex. 3. p. q. 8. m. 3. a. 4. S. Th. q. 23. a. 2. ad 2. cum Thomistis, Albertin. 3. d. 4. a. 4. S. Bonau. a. 7. q. 2. & 3. Gabr. q. vn. art. 3. dub. a. Durand. q. 1. Lorcæ, & Basil. Legion. supra plures antiquis referentis, Grand. sect. 3. n. 18. Lugo sect. 3. n. 21. Vvadingo d. 1. dub. 1. §. 3. n. 4. cui supposita ratione, & explicatione nostra de filiatione naturali humanitatis Christi consentit Bernal. sect. 3. citata §. 1. n. 13. 6. Probat primo ex hoc principio ratione, quam in secunda parte dilemmatis contra Vasquez, & DD. primæ sententiae efformabamus n. 1. Secundo probatur ratione qua Concil. Tol. 11. confess. fidei probat Christum qua hominem, etsi Spiritu S. loco viri concurrente conceptum, tamen Spiritu sancti filium non esse. Ne, inquit, dicit Patres Elij videatur asserere, quod vtrique nefas est dici: Atqui si tota Trinitas, vel alia persona à Patre æterno sit Pater Christi qua hominis, hicque qua talis alterius, vel reliquarum personarum Trinitatis Filius Christus qua homo duos, aut plures etiam Patres habebit: ergo nefas est dici esse filium alterius personæ præter æternum Patrem Christum, qua hominem. Tertio probatur supposito Concilij in hac ratione scilicet Christi qua hominis etiam vnicum Patrem naturalem esse, sc. eundem, qui eiusdem qua Deus est naturalis est Pater.

4. Probat quarto. Quia filiatione naturali humanitatis de qua ex instituto tractatur contra Elipandum Adrianus, & Patres Concilij Francford. quæque eorum testimoniis, & argumentis euincitur est sola filiatione à Patre æterno, ut patebit legenti quæ dedimus hæcenus ex ipsis, & quæ dabimus de adoptione, & seruitute Christi, qua hominis agentes: quæ quia in proximo lectori sunt nunc recitare omitimus. Quinto: quia ad eam solum filiationem æternam in Christo, qua homini conuenientem euincendam inducuntur à prælati Patribus Scripturæ loca, de eaque sola explicantur indeque & vnigenitum, & primogenitum non adoptiuum etiam qua hominem probant Concil. Francford. epist. ad Episcop. Hispan. col. 3. ex vtraque natura, & vnigenitum vtriusque & primogenitum. col. 6. in vtraque natura esse, & vnigenitum, & primogenitum. quæ omnia respectu patris æterni in Scriptura dicuntur. Non respectu alterius personæ Trinitatis. Sexto ex ratione, quam Concilium Francford. dedit, cur in nullo instanti Christus qua homo fuerit adoptiuus his verbis. *Nunquam enim non fuit filius: quia nunquam non fuit Pater.* Atque filiatione ab altera persona Trinitatis, quam à Patre æterno aliquando imo per totam æternitatem antecedentem ad Christi existentiam non fuit: quare neque illi respondens paternitas, seu Pater: ergo de sola filiatione à Patre, quæ nunquam fuit, & Patre correlato qui fuit semper Pater. Loquuntur Patres, dum de filiatione Christi, qua hominis, & correlato eius Patre loquuntur.

5. Tota aberrandi oppositis DD. occasio fuit Adriani locus cit. epist. sic illud Math. 3. & 17. *Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.* pendens. *si factum diuinitatem dixisset, nequaquam diceret, in quo mihi bene complacui, sed tantummodo in quo mihi bene complacuit.* Sed dum dicit complacui totam simul Trinitatem comprehendit quia in homine Christo tota complacuit Trinitas, quæ forte eadem iterum repetit: ergo inquit, tota Trinitas complacens locuta est, Christumque qua hominem filium vocat. Mala consequentia, & periculosa. Nam gaudium omnium personarum vna sola dixisse nomine suo videtur, quæ nimirum Pater erat. Idcirco non dixit *vos complacuius*, quod dici debebat, ut omnes loqui manifestaretur, sed *complacui*, id est ego Pater cum reliquis. Est autem periculosa consequentia. Nam Dei Patris nomine illas voces fuisse. *Hic est Filius meus & cetera* statatur Petrus epist. 2. c. 1. *Accipiens enim à Deo Patre honorem, & gloriam voce de lapsa ad eum huiusmodi magister gloriæ*

gloria. Hic est filius meus &c. Conscientiam Patres omnes Hilar. 6. de Trinit. ante med. Augustin. 2. de Trinitate c. 10. post med. Leo. serm. de Transfigur. Athanas. serm. 4. contra Arian. vers. fin. serm. 3. vers. med. Chrylost. Hom. 12. & 57. in Matth. Euthym. Anfelm. & Hieron. ad 3. Matth. sensus igitur Adriani est filiationem Christi, qua Deus est, solius Patris virtute fuisse præstitam, ac proinde illi tanquam unico auctori sine aliorum consortio de edito filio à se complacentiam, & gaudium conuenire at, vero, vt humanitas de factio filia esset non absque aliis effecisse, cum tota Trinitas, & humanitatem, & vnionem sit operata: quare, & gaudium de humanitate, atque homine Christo filio tanquam de opere communi commone Trinitate eratis aß gaudium de filio suo solius Patris. Nam licet media vnione, seu per effectiõnem vnionis filiatio in factio esse in humanitate à tota Trinitate ponatur, aß filiatio posita non respicit principium actiue ponens illam tanquam correlatum, neque Patrem ipsum, quatenus productione vnionis eam actiue in humanitate ponit, sed solum illum quem de se respiciebat naturaque sua, scilicet principium generans in diuinis, qui solus Pater est, vnde, cum humanitas solo respectu filiationis, à qua denominatiue est filius terminum correlatum respiciat, solum Patrem, vt eius filius naturalis denominatiue respicit nullamque aliam Trinitatis, vt Patrem, cuius filius sit: neque hoc fortasse intendebant Doctores aduersarij, sed solum personas omnes ad vnionis per quam filia Patris humanitas Christi constituebatur productione concurrisset, ac de filio Patris, suis etiam suppetis, denominatiue constituto complacuisse, vt Adrianus solum voluit.



QVÆSTIO IV.

Sit ne Christus quatenus homo, vel hic homo formaliter sumptus filius Dei naturalis.

DE Christi, qua hominis, siue secundum ipsius humanitatem, vt re ipsa est, sumptam filiatione naturali respectu Dei egimus. q. proxima, & antecedentibus contra Felicis, & Elipandi errorem iam hic non de Christo, qua homine, vel hoc homine, vt re ipsa est, sed prout eis nominibus significatur, ac secundum formale significatum præcise, quod voces *homo*, & *hic homo* important, disputanda res est. Negotium pure scholasticum, atque à dogmatibus liberum. Quidquid nescio qui Doctores, qui excerptio solum in codiculis Concilia, & Patres legunt, ac proinde eorum mentem, & institutum semper ignorant, non adeo liberum à dogmatibus contra Felicem, & Elipandum editis æstimant.

CERTAMEN I.

Notata, aliquotque faciliores ea de re conclusiones.

NOta primo ex dictis. d. proem. q. 1. & 2. diciturque controu. g. d. 2. q. 1. hanc vocem *homo*, vt sic prolatam, eiusque formalem conceptum, si ex propria, ac primæua Patrum, & Conciliorum acceptiõne vsurpanda sit, nullatenus significat suppositum siue personam, sed naturam quæ Patres quidquid commune, ac non indiuiduum significat substantiale naturam significare, non suppositum, seu personam constanter docuerunt teste imperatore Constantino Pogonato in edicto fidei, aliisque Patribus quorum testimo-

nia plura citatis locis deimus: vbi, & rationem euidentem ex definitione Personæ tradita à Boetio, atque in Concilio, & in Scholis, vt dogma Theologicum conseruata adiecimus. *si enim persona est rationalis nature indiuidua substantia*. Substantia hoc nomine communi *homo* significata sine differentia vlla indiuiduali non magis persona erit, quam animal à rationali præcissum homo esse sic possit. Quo circa miror Theologorum plurimum in consequentiam, qui ea definitione personæ retenta voce concreta communi substantiæ suppositum, & Personam naturæ substantialis, cuius ea vox est, significare in communi etiam docent: v. g. voce *homo* personam humanam: cum idem sit, ac si docent præcissum conceptum ab indiuiduatione, esse indiuiduationis ipsius conceptum, quod est manifesta contradictio. Sed tamen, eo omisso vox *homo* formaliter, & præcise, siue adiectiua, siue substantiua significatione, & acceptiõne, de quibus statim) ne ab his quidem Theologis personam, siue personalitatem singularem, vel in recto, vel in obliquo significare afferitur.

2 Nota secundo vocem *homo* quia concreta vox est, aptam natam esse, vt adiuncta nota excideratis, siue singularitatis personam significet, quod non habet vox *humanitas*, quia abstracta, licet naturam humanam in communi significet, vt citatis locis ex doctâ Damasceni obseruatione retulimus. Nota tertio adiuncta eccitatis vocem *hic homo*. Posse adiectiue, vel substantiue vsurpari si adiectiue vsurpentur, atque accipiantur, rectam vocis homo est conceptus substantiæ in cõmuni, natura vero, seu humanitas est eius vocis significatum in obliquo, vt dicat homo idem, atque voces istæ *habens humanitate*, vt latius persequimur controu. 8. d. 1. supraque lenius tetigimus. Inde fit signum illud ecce tatis *hic si homo adiectiue sumatur officere personalitatis*, seu habentis, cum quo grammaticaliter concordat, significatum: ac proinde denotare personalitatem singularem, atque, in casu nostro verbi personalitatem, quæ humanitatem Christi habet, atque sustentat; naturæ vero in obliquo tunc significatæ de se non denotare singularitatem: neque enim eam afficit, cum qua grammaticaliter non concordat. Si autem *homo* substantiue capiatur rectum significatum est humanitas, obliquum autem, personalitas, siue suppositum. Vnde pronomen demonstratiuum ecceitatis, *hic* nempe voci *homo* adiunctum denotauit humanitatis, cum qua in recto concordat, singularitatem; secus autem singularitatem personalitatis, vel suppositum, cui in casu non concordat. Itaque *hic homo*, adiectiue sumptus in re præsentis de se significat verbi personalitatem hanc habentem, humanitatem indefinite hanc, vel illam, non hanc determinate in singulari; substantiue autem acceptus contra significat de se hanc humanitatem, quæ de facto in Christo est, determinatam in singulari cum hac, vel illa personalitate vage, non singulari Verbi, quam habet, sed aliqua, siue propria, siue aliena?

3 Verum, licet hæc ita sint de rigore sermonis, ex disputantium conuenientia, & concordia potest rigoro hæc earum vocum significatio laxari, vt pronomen *hic* siue adiectiue, siue substantiue accipitur *homo*, cui adiungitur vtrumque, & suppositum, seu personalitatem determinet, & naturam, in singulari, vt in re præsentis si adiectiue sumatur significet *hoc habens*, scilicet verbi personalitatem, hanc humanitatem singularem, quæ nimirum in Christo Domino est; sin autem substantiue hanc humanitatem cum hac personalitate verbi; & sane sumpto adiectiue *hic homo*, huius conuenientia disputantium contra rigidam, & propriam earum vocum significationem, nullus est doctrinæ ad rem præsentem fructus; accepto vero substantiue erit doctrinæ, in ea disputantium concordia, extra propriam earum vocum significationem fructus non exiguus: quare de quæstione in ea vocum earum acceptiõne arbitraria toto cert. 2. agatur, postquam in hoc rigida earum significatione quid respondendum quæstioni sit statuerimus.

4 Dico primo Christus quatenus homo præcisè, & formaliter sumptus non est filius naturalis Dei. Est conclusio, cui Theologus nemo aduersari queat. Nam homo, non, prout re ipsa est in Christo, sed, vt voce abstracta, & communi significatur impropria, ac primæua Patrum significatione naturam significat, non suppositum, neque humanitatem hæc singularem, neque vnionem eius hypostaticam ad Verbum, à qua humanitas Christi, Christusque qua homo habet esse Filium naturalem Dei: ergo vt sic præcisè acceptus homo, qui Christus est, eiusque humanitas non concipitur, neque est Filius naturalis Dei. Deinde in acceptione plurimum Theologorum, licet impropria, est suppositum, ac personam vox homo significet, non tamen hanc determinatam personam, sed aliquam vagè, vel personam humanæ naturæ in communi, prout præcincit à Petro, Paulo, & Christo: at prout præcincit à persona determinata naturæ humanæ, seu ab homine hoc, qui Christus est, neque dicit personam Filij, neque vnionem hypostaticam humanitatis ad illam, ac Deum. Ergo in nulla sententia Theologorum Christus, qua homo formaliter, & præcisè sumptus, est Filius naturalis Dei, dicere potest.

5 Dico secundo: Christus qua *hic homo* sumptus substantiue formaliter, & præcisè non est Filius naturalis Dei. Probatur ex dictis num. 2. etenim *hic homo* substantiue dicit hanc humanitatem determinatam, quæ in Christo est, personalitatem vero in obliquo vagam, hanc videlicet, vel illam, propriam, vel extraneam, non autem humanitatis huius vnionem ad personalitatem diuinam Verbi, & Filij æterni, atque ad Deum: at qui quousque hæc ex parte obiecti concipitur, & significetur significare, concipivè nequit filiatione naturalis adhuc denominatiue, in humanitate: ergo hic homo substantiue sumptus formaliter præcisè non est filius naturalis Dei. Neque huic conclusioni Theologus vllus aduersari potest. Maior difficultas est quando ex conuenientia disputantium *hic homo* substantiue sumptus significet non solum singularem hanc humanitatem, quam de se, vique suæ propriæ significationis designat, sed, & singularem hanc personalitatem Verbi, quam habet humanitas, an vi significationis huius significet, atque, ex parte conceptus obiectiui formaliter ponat humanitatem Christi, seu Christum, qua hunc hominem Filium naturalem Dei. In qua re eadem est de hoc homine sic substantiue accepto, atque de hoc homine adiectiue usurpato difficultas: nam utroque modo Verbi personalitas, siue hæbens humanitatem, siue ipsi vnita significatur, quare utrumque cert. 2. à nobis examinandum est.

CERTAMEN II.

De hoc homine, adiectiue sumpto, & substantiue, ex arbitraria significatione disputantium conclusiones?

1 **L**oquar hic semper de significatione formali, vel vobocum de se cum adiectiue *hic homo* usurpatur, vel ex arbitraria significatione disputantium, cum substantiue usurpatur, atque ex illa personalitatem verbi determinatam significat. Nam in sensu materiali nulla esse potest inter Catholicos difficultas, quin Filius naturalis Dei sit Christus, qua *hic homo* acceptione vtravis. Cum enim vtrouis modo significetur personalitas Verbi, quæ realiter Filius Dei est, & identicè, qui hoc non negat negare nequit *hunc hominem* adiectiue sumptum, siue hanc personalitatem habentem humanitatem esse Dei filium materialiter, & identicè; item humanitatem in personalitate hac, siue cum personalitate hac Verbi subsistentem habere filiationem Dei naturalem in factò esse, cui re ipsa illa personalitas significata identificatur: tota ergo difficultas, & quæ sub-

tilium mentium est in præsentis sensu, & significato formali, & præcisè harum vocum *hic homo* (sue ex se, siue ex concordia, & arbitrio dictò disputantium) consistit.

2 Dico primo sumpto substantiue *hic homo* formali sensu etiam adiuncta arbitraria significatione disputantium, vt singularem Verbi personalitatem significet Christus, qua hic homo non est filius naturalis Dei. Hanc conclusionem sæpè Compluti Bæticæ, ac Toleticus generalibus thesibus propugnatam, Magister quidam in aliis minimorum fratrum conclusionibus generalibus præfide Magistro eius ordinis Montalbo Toleticus propositam impediri per sanctum inquisitionis tribunal. atque expungi satagebat, quasi Elipandi errorem contineret in eius autem conclusionis defensionem plures, cum ex aliis, tum è nostra societate nobiles Magistri prodire oblatis Magistro Montalbo non solum eius approbationibus, sed, & Apologeticis libellis, quos ego vidi, & plurimum Singraphas recognoui, in quibus P. Petrus Gonzalez, Galindo, & P. Ioannes Martinez de Ripalda, quos honoris causa nomino. Licet autem ea tuta in fide opinio, neque à dogmatibus Theologicis discordans, satisque Recentioribus communitur, nescio an factis communibus eorum principis concordet: vt eorum aliquibus penè ad silentium in publicis generalibus conclusionibus eunci, Docentium Personarum relationibus Paternitatis, filiationis, & Spiritus constitui in esse personali, & distinguui, vt vniam, & aliam personam: ne, si absolutis personalitatibus constitutur vniqueque, & distinguatur ab alia, alio qui, & si Spiritus sanctus non procederet à Filio distinguatur realiter ab illo. Sed hæc omnia cum concisione hæc minime conueniunt. Sic ostendo. *Hic homo* substantiue sumptus addita arbitraria significatione personalitatis Verbi dicit formaliter vnionem ad eam singularem, ac propriam personalitatem constitutam, & distinctiuam Verbi à Patre. Sed personalitas Verbi propria constitutiva, & distinctiuam à Patre est filiatione formalis naturalis Dei per te: ergo vi significationis formalis dicit humanitatem cum filiatione naturali Dei per te: ergo dicit *hic homo* in ea significatione formali Filium naturalem Dei denominatiue.

3 Dices constitui, & distingui personas per relationis conceptum inadæquatum. Contra ergo non constituuntur, ac distinguuntur persone Trinitatis per relationes. Nam inadæquatus ille relationis conceptus, vel est absolute relatio formaliter, vel non: si non est formaliter relatio absolute dicta, sed pars illius non constituuntur persone, ac distinguuntur relationibus formaliter, & absolute talibus per te; si est autem conceptus relationi absolute, & formaliter: ergo non inadæquatus conceptus ipsius contra solutionem nihil enim respectu sui ipsius adæquate, & inadæquate talis, siue pars, & totum esse potest. Secundo recurrit argumentum, cui respondebas: nempe, humanitatem vnitam constitutiuam, ac distinctiuam personali Filij à Patre vnitam esse, atque habere filiationem: quare, & esse Filium Dei naturalem denominatiue. Dices conceptum personalitatis absolute esse inadæquatum constitutiuum, seu distinctiuum huius persone ab alia. Contra quia vel eo intelligitur persona hæc singularis Filij esse singularis persone adæquate constituta, vel non quousque conceptus relationis adueniat: si extremum hoc: ergo, cum vnio humanitatis denotata his vocibus *hic homo* sit ad personalitatem Verbi adæquate talem, quæ Verbum persona absolute est, & adæquate, atque cum humanitate personam adæquate talem constituit, & voces significant vnionem humanitatis ad filiationem Verbi: quare, & hanc humanitatem, siue hunc hominem naturalem Dei filium. Denique in constitutione, & distinctione metaphysica, & per formalitatem vnus persone ab alia est applicatoria distinctio inadæquata constitutiuam, ac distinctiuam nam quoduis distinctiuum, ac constitutiuum speciale metaphysicum esse, debet formalitas indiuisibilis, in qua nullatenus conuenit.


conueniat aliud. Id enim in quo alia diuersa eiusdem lineæ conueniunt, nec speciale huius constitutum, ac distinctum esse potest, sed potius conceptus communis cum illis: quare ille solum conceptus, qui pugnat, nec potest esse in alio, est huius speciale constitutum, & distinctum adæquatum, ut latius persequeremur controu. de Trinit. d. 7. q. 1. & 2. ex quo q. 3. ostendebam, et si personæ absolutis constituantur, verum tamen Spiritum sanctum à Filio distinguendum non esse, si ab eo non procederet.

4 Probari ergo conclusio in solis principiis nostris, & facile quidem potest. Docuimus enim controu. de Trinit. d. 7. q. 1. & 2. diuinas personas absolutis personalitatibus constitui, atque distinguas absolutis quidem, & prædicamentaliter, & transcendentaliter: licet personæ eis constitutæ intrinsicè relatione transcendentali principij productiui, vel termini productibilis, aut productione, relatiuè sint adæquatæ; relatione uero prædicamentali in adæquatè solum, & tamen q. 3. cert. 2. cum hoc constare demonstrauimus, quod si Spiritus sanctus non procederet à Filio non distingueretur realiter ab illo. Ex his igitur sic conclusionem facile probo.

Hic homo, formaliter, & præcisè vi significationis suæ, & arbitrariæ prædictæ substantiue acceptus solum dicit hanc humanitatem cum hac Verbi personalitate præcisè, & formaliter, quia personalitas est: actus Verbi personalitas hæc formaliter, & præcisè, quia talis, non est filiatio naturalis Dei, neque in fieri, neque in facto esse, sed personalitas, siue vltima singularitas absoluta: ut ex locis citatis suppono: ergo *hic homo* vi significationis suæ, & arbitrariæ prædictæ non dicit hanc humanitatem cum filiatione naturali Dei. Pergo: ergo nec dicit Filium naturalem Dei denominatiuè adhuc. Probo hæc consequentiam. Implicat concipi Filium naturalem Dei, adhuc denominatiuè, illum à quo haberi non concipitur filiatio naturalis Dei in fieri, seu prædicamentalis, vel intrinsicæ, & in facto esse. Sed ab objecto significato his uocibus formaliter non habetur filiatio naturalis Dei, siue in fieri, aut prædicamentaliter, siue in facto esse: ergo implicat obiectum uocibus *hic homo* formaliter signficatum, ut eis præcisè, & formaliter significatur, concipi, aut esse formaliter Filium naturalem Dei et si arbitrario personalitas Verbi significetur.

5 Dico secundo. Christus quatenus *hic homo* adiectiuè sumptus formaliter non est Filius naturalis Dei. Conclusionem nemo, siue docuit, siue improbauit: quia nemo in sensu rigido formalis illam disputauit, sed solum in materiali, & identico, in quo falsam omnino esse ostendimus num. 1. sed probata iam est argumento proximo, quo probabamus conclusionem primam. Eisdem enim principiis innititur de constitutione, & distinctione personarum diuinarum, in propria, & essentiali cuiusque personæ ratione per personalitates absolutas, ac nullatenus per relatiuas, seu relationes, siue in fieri, & prædicamentales, siue in facto esse, & personis intrinsicæ. Sic autem ratio huic conclusioni accommodatur. Nam *hic homo* adiectiuè sumptus dicit in recto personalitatem Verbi qua sustentantem, seu habentem humanitatem: sed ea personalitas, qua personalitas Verbi præcisè, & qua sustentans, habens, ac suppositans humanitatem Christi, non continet formaliter filiationem naturalem Dei, siue in fieri, prædicamentalem, siue in facto esse; ergo *hic homo* adiectiuè non dicit filium naturalem Dei, neque Christum, quia *hic homo* adiectiuè sumptus formaliter est Filius naturalis Dei. Dices contra utramque conclusionem. Per nos probabile esse vnionem hypostaticam terminatam esse non solum ad personalitatem Verbi, sed ad naturam etiam, ut ipsi identificatam: id est ad totam Verbi personam, in qua per nos etiam est filiatio naturalis Dei in facto esse, Verboque intrinsicæ: quare significata ea vnione, ut eis nominibus, & uocibus *hic homo* significatur significari filiationem in facto esse. Responderetur non significari eis uocibus vnionem, aut personalitatem, ut re ipsa de facto fuit, atque est; sed quatenus fuit

ad personalitatem, ut diximus: quare nulla est obiectio.



QVÆSTIO. V.

An Christus qua homo, vel secundum humanitatem sit Dei adoptiuus Filius.



N sensu formali reali, non autem in formali metaphysico procedit. Nam qua homo, ac secundum humanitatem præcisè significatam formaliter, & secundum se, imo, & secundum hanc humanitatem, aut Christum qua hunc hominem in proximè enumeratis acceptio-nibus formaliter, præcisè, filiationem adoptiuam non contineri citra dubium est. Dubitatur ergo de humanitate, Christovè, qua homine, cum his, quæ re ipsa humanitati, hominique Christo erant, qua in re habenda præ oculis sunt, quæ de errore Elipandi, & pro filiatione naturali Christi, qua hominis, siue secundum humanitatem è Concilio Francfordiensi, Adriano, aliisque Patribus dedimus contra Soar. & Bernal. tota q. 1. & q. 2. cert. 1. & 2. ne hic superuacuo labore reperantur. Deinde particula *quatenus homo*, vel *secundum humanitatem* subiectum, cui vel soli, vel primario competat filiatio adoptiua designant: quare, & dum dicitur, *quatenus homo*, substantiuè nomen homo usurpatur.

CERTAMEN I.

Aliorum placita proponuntur.

1 Felix, & Elipandus relati, ac explicati. q. 1. asseruere Christum, quatenus hominem, siue secundum humanitatem adoptiuum filium Dei esse. His consentit Dur. in 3. d. 4. q. 1. licet enim neget Christum esse Spiritum S. Filium per adoptionis gratiam, ne cum Arrio videatur verbo, qui Christum esse filiationem naturalem negare, vel cum Nestorio in homine Christo personam creatam admittere: addito uero illo *secundum humanitatem*, vel *quatenus hominem* Christum adoptiuum Filium Spiritus sancti rectè dici posse ait per adoptionis gratiam: quæ cum à Deo, & tota Trinitate sit, licet Spiritui sancto approprietur, Trinitatis totius, ac Dei Filius adoptiuus dici poterit Christus secundum humanitatem, vel quatenus homo in Durandi sententia: quare cum Elipando, & Felice conueniet. Fauent Durando Ricard. d. 10. a. 2. q. 1. & Recentiores nonnulli, licet alia ratione negent Christum absolute, ac sine addito illo Filium adoptiuum Dei esse: quia nemo respectu eiusdem naturalis, ac simul adoptiuus absolute esse: aut dici potest Gabr. Maior. & Almain. eadem. d. negant Christum, etiam *quatenus hominem* esse, dici uè posse Filium Dei adoptiuum: quia inde censent etiam contra præfatos inferri Christum absolute esse, dicique posse talem; quidquid enim de Christo qua homine dicitur, de eo absolute dici potest, ut esse mortalem, passum &c. Negant item posse dici, aut esse adoptiuum *secundum humanitatem*: quia id sonat humanitatem esse primario talem, ac secundario suppositum, & personam: cum tamen ratio Filij, cuius generis sit, ac nomen, suppositi, & personæ sit, non naturæ. Ceterum minus propria locutione, prout adoptio ex parte subiecti personam non concernat, posse dici, esseque humanitatem Christi adoptiuam filiam Dei, siue à Deo adoptatam?

2 Melius sanè, ac solidius adoptionem Christi cum hoc

hoc addito *secundum humanitatem* ea ratione reiecerunt hi Doctores, quia reieciunt simili alio addito *quatenus homo*. Nam æque ex addito *secundum humanitatem*, atque, ex illo, quatenus homo, infertur Christum absolute esse, ac dici posse Dei Filium adoptiuum. Ratio enim ab eis data pro addito *secundum humanitatem* profus est imbellis. Quia licet natura seorsim à supposito non dicatur alicuius Filia, vel Filius, quoniam Filij denominatio propria suppositi, ac personæ est non naturæ solius, adiuncta vero personalitate Verbi suppositum dicitur secundum naturam humanam, siue humanitatem Filius ritè, ac propriè. Nam Christus secundum humanitatem Virgini dicitur Filius. Respondet Gabriel in subiecto *Christus*, etiam cum additur *secundum humanitatem*, contineri semper filiationem naturalem, quæ adoptiuam impediatur, sicut in subiecto *humanitas*. Sed in primis iam prima ratio deseritur. Secundo in subiecto hoc *humanitas Christi*, de quo concedis esse adoptiuam etiam continetur filiatio naturalis. Tertio vel loqueris de humanitate Christi secundum se præcisè considerata, vel ut re ipsa iacet cum omnibus, quæ re ipsa habet, vnione, gratia habituali &c. si primo modo adoptiuam non est, cum gratiam secundum se, præcisè, & formaliter sumpta non habeat, æqua solum adoptiuam, seu adoptatam Filia esse possit; si secundo modo, non solum adest gratia habitualis ipsi re ipsa, sed, & hypostatica vnio, ac filiatio naturalis Dei, quæ per te adoptiuam filiationem gratiæ impediatur. Nec refert receptionem gratiæ non esse vnionem, quare, & ut gratiam recipit humanitas non haberet filiationem naturalem Dei nam in primis hoc ipsum dicam, de Christo quatenus homo. Secundo forma quæ sui assentia alterius impedit effectum, ut filiatio naturalis adoptionem gratiæ, non impedit quatenus infirmat subiectum ea ipsa informatione, quæ informat forma impedita, quod est impossibile, sed quatenus informat in eodem instanti durationis, quo alia assistit subiecto, sicut adest humanitati vnio, in eodem instanti, in quo gratia habitualis.

3 Scotus in 1. d. 20. q. 1. ac in reportatis quem sequitur Bassolis ea. q. monet eam propositionem *Christus est Filius adoptiuus Dei* negatam absolute à Patribus fuisse, negandamque in eodem sensu Nestoriano; tamen probabiliter ait posse defendi Christum adoptiuum esse: non explicat autem satis an in extremo hoc loquatur de Christo cum addito *secundum humanitatem*, an absolute? Ratio autem, quæ eam propositionem absolute negat profundius aliquid intendit, ac melius, quam sonat; quia, ut aliquis in Filium adoptetur, oportet, ut sit, saltem prius natura extraneus: at Christus pro priori natura ad vnionem hypostaticam habuit gratiam habitualem, quæ non erat extraneus, sed ius habebat ad bona Dei: ergo non fuit in Filium adoptatus à Deo. Sed in primis ratio hæc falso supponit pro priori naturæ ad vnionem fuisse in homine Christo gratiam habitualem, cuius oppositum docuimus controu. 3. d. vlt. q. vlt. imo subiectum Christus, de quo asserit, ante vnionem intelligi nequit, ne dum esse pro aliquo priori ad illam cum gratia habituali. Secundo per gratiam habitualem constitui in illo priori Filium proprium Dei: cum hæc adoptiuum; non proprium, imitativum, non verum, Filium constituat. Tertio pro priori naturæ ad gratiam habitualem non habuit humanitas Christi ius ad bona Dei, quare nec fuit proprius Dei Filius, etiam in tuo sensu, sed extraneus: ergo ea ex parte potuit adoptari in Filium: quare arguo præcipuè ergo, nisi præcessisset pro priori naturæ homo Christus cum gratia habituali ante vnionem, ac proinde non extraneus vnione ipsa adoptaretur: ergo vel censens vnionem Verbi, ac Dei ad humanitatem esse solum affectiuam, & affectus, sicut est adoptiuam filiatio (quod est Nestorianismus, quem fugis) vel vnionem physicam adoptionem esse formalem, quod ne Elipandus quidem docuit, & cum tua doctrina non coheret. Si enim gratia habitualis proprium Filium per te constituit Dei: quomodo vnio hypostatica diuinaque natura, & persona, quam asserit humanitati solum adoptionem

asserret? scilicet nobilior longè, strictiorque Dei participatio, & coniunctio filiationem ignobiliorum?

4 Scholastici reliqui Christum, etiam *qua humanitas*, siue *secundum humanitatem* adoptiuum Dei filium constanter negant. Licet, an de fide sit negatiua opposita, atque affirmatiua damnata: non omnes conueniant. Bernal. d. 65. sect. 4. insistentis ius, quæ de errore Elipandij, atque Felicis docuerat, ait eorum errorem Nestorianum fuisse, neque hunc de Christi secundum humanitatem, siue *qua humanitas* adoptionem; sed tamen illius occasione, & hunc fuisse damnatum. Quod autem hic error de adoptione damnatus in Elipando non fuerit, neque ab illo assertus probat: quia alioqui, quosinq; pacto tot Scholastici doctissimi Concilio Francfordiensi, in quo damnatus Elipandi error fuit, tempore à Deo viciniores humanitatis Christi, siue Christi secundum humanitatem asseruerunt adoptionem. Sed certe, cum, licet non in Elipando, ait erroris, quem docuit occasione damnatam à Francfordiensi, & Adriano eam propositionem asseras tuo argumento iugulas. Nos autem facile Respondemus Concilio Francfordiensi, atque Adriani epistolam à suo loco tempore (quod fuit annus circiter Octingentesimus) vsque ad Laurentij Surij tempora superiorum incursa in non adeo publicis, & versatis Bibliothecis delituisse, imo nec post modum vsque ad Valsquij nostri tempora Theologorum scholis ex vsu fuisse, ut ex inferiorum Theologorum, & vespertiorum illorum scriptis patet, in quibus nullum Francfordiensem, & epistolam Adriani testimonium legitur, nullaque est eorum mentio; licet plures, etiam ex vetustioribus scholasticis, Concilij, & epistolæ illius rationes contra Elipandij adoptionem fuerint affecti, ut videre præcipuè est in Ricardo, & S. Thoma.

5 Soar. supra Lorca. d. 3. m. 4. quibus in re consentit Lugo etiam supra, asserunt definitum esse Christum specificatiuè, imo, & absolute non esse Filium Dei adoptiuum, atque contradictoniam propositionem damnatam inon autem hanc *secundum humanitatem* sine in quantum homo reduplicatiuè est adoptiuus: ex qua parant cum durando non inferri absolute est adoptiuus Christus, sed male parant quia ratione materiam in primis infertur primo quia, ut Gabriellem, & Almainum redarguebamus, cum denominatio Filij priorior sit suppositi, quam naturæ, nequit supposito secundum naturam conuenire, quin proprius supposito absolute conueniat: Secundo: quia, ut contra eisdem arguebamus, si loquamur de humanitate, ac Christo secundum humanitatem, ut re ipsa est, atque reali assentia personæ Verbi Filij Dei naturalis humanitati quæ adoptiuæ gratiæ impeditur, ut vere impediatur, æque est Filia humanitas Christi, seu Christus secundum humanitatem, vel *qua homo*, aut non est Filius, atque Christus absolute: cum idem impedimentum vtroque modo, & humanitati, & Christo absolute adit, vel non adit. Si autem non impediatur filiatio naturalis adoptiuæ gratiæ nisi in subiecto, ut significatur adit, vel quatenus informatur forma adoptionis, seu gratia multo probabilius dicitur Christus secundum humanitatem adoptiuus, quam negabitur, quod est contra Soarium, & hosce Doctores. Nam vnio hypostatica, & filiatio naturalis Dei, quam asserit, neque adest in formali significato humanitatis, neque in informatione eiusdem per gratiam. Vltius consequentia illa bona est ratione formæ, nec materiz solius. Nam quoties reduplicatiua secundum, vel quatenus non est additum diminuens, ut in hac *Aethyops est albus secundum dentes*, quia designat minutulum aliquid subiecti, de quo dicitur prædicatum, sed sumitur, ac remanet reduplicatiuè non destruit, aut subtrahit subiectum positum in recto, de quo dicitur prædicatum, sed designat ratione cuius verificatur prædicatum: quare, si in subiecto in recto positum absolute repugnat prædicatum: falsa est propositio: si autem est vera cum reduplicatiua verè dici potest de subiecto absolute, ac sine illa positum. Vnde, quia Christus

secundum

secundum humanitatem, seu quatenus homo dicitur esse creatura, esse mortuus, esse filius Virginis, ea omnia absolute dici Christo posito dicuntur absolute, valeque consequentia quæ vero de ipso absolute dici nequeunt, ut esse puram creaturam, arque, in re præsentem, esse Filium adoptivum Dei eadem consequentia vi, & certitudine negantur.

CERTAMEN II.

Christum neque secundum humanitatem, vel quatenus hominem adoptivum Dei Filium esse de fide est.

¶ **C**um q. 1. ostenderimus hanc formalissimam de Adoptione Christi secundum humanitatem, propositionem fuisse Felicis, & Elipandi errorem damnatum primo in Concilio Regionensi, siue Ratisponensi, secundo à Pontifice Felicio, iussu Caroli Magni, illum abiurantis, recipientem abiurationem, tertio à Concilio Francofordiensi, & Adriano Pontifice in Elipando, & Hispanis Episcopis ipsius sequacibus, illum errorem damnantibus, constat aperte negatium propositionem à nobis præfixam, eique errori contradicentem de fide esse: quæ ita planè censent quæ quot de Felicio, & Elipandi errore q. 1. de filiatione naturali Christi, qua hominis, siue secundum humanitatem. q. 2. nobiscum censebant. Plura testimonia, quæ hoc evincunt dedimus. q. 1. & 2. quare hic addenda reliqua sunt: in primis illud ad Hebr. 1. olim Deus loquens Patribus in Prophetis notissime diebus istis locutus est nobis in filio, aut in filio qua homine locutus est, sicut in prophetis, qua hominibus, quosque filios non nominat, quia licet adoptivi essent, & imitativi, veri, ac naturalis Filij comparatione Filij non erant dicendi: est adoptivus aliis comparati Filij etiam dici deberent. Ergo Christum, & qua hominem, vel secundum humanitatem Filium Dei naturalem Apostolus docet. Pergit, quem constituit heredem universonum, quæ filiationem naturalem continent: nam adoptiva non constituit heredem universonum, nec ius ad omnia dat, sed ad aliqua solum, gloriam scilicet, & si quæ aliæ: nec tamen de Christo qua Deus, vel secundum divinitatem explicari possunt: nam qua Deum sibi per omnia æqualem, ac universonum Dominum, quomodo Pater instituit, vel constituit heredem: ergo loquitur de Christo qua homine, siue secundum humanitatem, siueque naturalem Dei Filium appellat, adoptivum negat.

2. Concilium Francoford. col. 4. & 5. illud in baptismo Jordanis Hic est filius meus dilectus, expendit sicut Adrian. recitatus. q. 2. cert. 2. num. 1. quod Pater de Christo secundum humanitatem loquatur: probatque ex adiuncto Spiritus sancti specie columbæ descensu his verbis: quo pacto credi potest super Deum descendisse, à quo nunquam recedit. Rursus Adrianus citat epistola petri confessionem laudatam, præmiarumque à Christo Matth. 16. Tu es Christus filius Dei vivi, ad Christi humanitatem, in qua solum vinctus, non in divinitate fuit, & in qua Filius hominis erat, de quo Christus rogauerat quem dicunt homines esse filium hominis? referendam putat. Deinde Concil. Francofordiense eo loco ad rem præsentem recitatis, ponderatisque testimoniis Lucæ 1. 32. vocabitur Altissimi filius, & num. 37. quod natus ex te sanctum vocabitur filius Dei sic habet: Rursus Mattheus narrat Angelum dixisse quod enim in ea natum est de Spiritu. s. est: ut patam daretur intelligi de corpore dixisse, quod de inviolata Virgine sumptis more sacri eloquij partem prænoto, ut per solum corpus totum intelligas hominem in anima rationali ex ea natum. Sed ne quilibet scrupulus ambiguitatis remaneret, quia de incarnationis eius mysterio dixerit, statim post pauca subiungit: dabit ei Dominus Deus sedem dauid Patris eius. Secundum R. P. Caritoph. de Ortega de Dei Incarnat.

carne videlicet, David filius dicitur est, non secundum divinitatem. Habes igitur quomodo, de quo supra diximus, quod enim ex te natus sanctum vocabitur filius Dei non adoptivus, sed verus, non alienus, sed proprius, de eo subiecit. Dabit ei Dominus sedem David Patris eius. iterum col. 3. ait Christum ex utraque natura, & unigenitum esse, & Primogenitum. col. 6. Hæc testimonia ideo posuimus, ut cognoscatis Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum in utraque natura esse, & unigenitum, & Primogenitum. ac penult. col. Cordæ credamus ad iustitiam, ore autem confiteamur ad salutem Dominum nostrum Iesum Christum verum Dei Filium, non putativum, proprium in utraque natura, non adoptivum, Demum. col. ult. verum Deum, verumque Dei filium constitemur in utraque natura divinitate scilicet, & humana.

3. Pro huius dogmaticæ veritatis demonstratione unica, tribus locis à Concilio, & Adriano, tripliciterque disposita, supponendum est filiationem adoptivam, non veram, sed imitativam esse, & quæ cum filiatione naturali in eodem respectu eiusdem sit in compossibilis. I. filius familias, de adoptione. l. im-
puberem. c. eodem titulo illis verbis Adoptio est sic legalis actio, qua, qui mihi filius familias non est, sed Titio. &c. instituta de Adoptionib. lib. 1. tit. 1. sic definitur legitimus actus, per quem fit quis filius, qui filius non est per naturam imitans. Hilarius recitatus à Concil. Francoford. cit. epist. & in ipso vsu nostro est adoptivus Filius, & verus. Adoptivum filium non dicimus naturam esse, qui verus est filius. Vnde Concilium concludit, si verus filius, nequaquam adoptivus quia adoptivus, sicut in testimonio sancti Hilary possumus est non vere natura est filius. Id quod notarunt olim Concilium Alexand. & Cyril. etiam Alex. & Concil. Ephes. in 1. contra Nestorianos distinguentes filiationem in naturalem, & adoptivam per unionem veram, & non veram. Vnde Concil. Francoford. in sacrosyllabo ait Abusus enim, & non essentialiter adoptivus est filius dicitur. Ratio autem impossibilitatis huius filiationis adoptivæ cum naturali à priori innuata satis est à Francoford. Concil. in sacrosyllabo col. 6. dicente: Omnis enim adoptio ex affectione ducit vocabuli sui originem: ut si dicas: dicitur sis mihi in filium. quæ explicatius repetit col. 7. ex quibus sic probatur præfata impossibilitas. Adoptio imbibit, vel supponit essentialiter desiderium, votum, ac optationem, ut sic loquar, coniungendi sibi aliquem in filium, siue loco filij ipsum substituenti: ergo adoptio supponit adoptivam filium verum, & naturalem non fuisse, tum quia nulli desiderari, nullus quæ desiderare potest, quod ipse de se, ac independenter à desiderio habere cognoscitur: tum quia nemo in aliquo gradu potest esse sui ipsius substitutus.

4. Curiosior, quam opportunior disputatio nonnullis est: quoniam filiatio adoptiva naturalem imitetur communique definitur esse in iure hæreditario, siue ad bona alterius. Sed tamen siue intelligant ad bona omnia, siue ad aliqua nequit in bona Theologia consistere. Nam gratiæ adoptio non datus ad omnia bona Dei per illam adoptantis. Item Christum non constituit adoptivum, & datus ad bona eadem, ad quæ alijs præbet. Tertio Spiritus sanctus adoptivus filius non est, & habet ius ad omnia bona Dei. Constitit ergo imitatio hæc essentialiter in eo, quod affectu aliquid naturalis filiationis suppleatur in adoptato, ut nature similitudo, vel principij, seu Patris per illud coniunctio, sique similitudo, & coniunctio hæc affectata, seu per affectum: quæ quidem in nobilissima adoptione nostri à Deo perfectissima est: cum sit per formam intinsecam inherentem, quæ simul est coniunctio affectiva obiectiva, & nature Dei adoptantis omnium creaturam, quæ esse possunt, simillima participatio: sed de hoc alias latius, factisque dicta nunc sint, ut Doctoribus alijs, potius quam occasionem, & instituto præsentem moriem geramus. Ad rem igitur sic ea suppositione certissima efformanda ratio dogmatis præsentis erit, ut ad Adriano, & Patribus Concilij Francofordiensiis fuit efformata.

Filius adoptiuus est solo affectu Filius, atque absolute extraneus adoptanti: atque Christus quatenus substantiue sumptus, siue secundum humanitatem, vel etiam adiectiue sumptus, nunquam fuit, aut est solo affectu Filius, atque extraneus absolute Patri Deo: ergo nunquam fuit, aut est Filius adoptiuus Dei adhuc secundum humanitatem, vel qua homo, siue adiectiue, siue substantiue sumptus. Maioris prima pars traditur à Francfortiensi citato col. 7. ex affectu quidem pars subrepti parti, ut in utroque conueniat dilectionis affectio. Secunda vero pars. col. 5. Sacrosyllabi. Porro adoptiuus dici non potest nisi is, qui alienus est ab eo, à quo dicitur adoptiuus. atque Adrian. colum. 2. suæ epist. cit. Adoptiuum eum, & non proprium Filium consistunt: quasi alienus aliquando à Patre fuerit, aut per carnis extra ab eo factus esset assumptionem. Vtramque vero partem simul satis probauimus num. 3. breuique, ac dilucide posuit Francfortiense cit. epist. col. 16. quid est adoptio: nisi caritatis copulatio, qua Pater sibi adoptione copulat Filium, quem proprium non habet à Minor probata satis est q. 2. & auctoritate, & ratione. Nam Christus substantiue etiam sumptus qua homo nunquam non habuit filiationem naturalem Dei, qua verbum, atque humanitatem communicaram, ut denominatiue Filius naturalis Dei esset, ut vidimus q. 3. cert. 2. nunquam ergo fuit Deo Filius ex solo affectu, aut extraneus. Consequentia est legitima. Integrum vero discursum dedit Francoford. cit. epist. col. 12. dicens. *Vnitas personæ, quæ est in Dei filio, & filia Virginis adoptionis tollit iniuriam. multoque prius August. de Trinit. & vnit. Dei. c. 11. ad id Colof. 1. in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: id est secundum corpus, & humanitatem, sic effectus: sunt isti, iusti, Filij gratia, ille, Christus, natura: quia in istis participatio diuinitatis, in illo plenitudo.*

CERTAMEN III.

De fide est, humanitatem Christi adoptatam non esse: vbi futiles utrinque impugnationes, & probationes aliquorum reuocatio.


ET hanc conclusionem definitam ab Adriano, & Concilio Francoford. pluribus locis datis cum hac tum 1. 2. & 3. questionibus, eademque prorsus ratione probatam reor. Etenim humanitas Christi, nec solo affectu vnquam Dei filia, extraneauè Deo Patri fuit: cum nunquam non fuerit verbo hypostaticè vnita. Ergo nunquam fuit adoptiua, seu adoptata. Nec satis est, quod pro priori naturæ ad vnionem non intelligatur, siue filia naturalis Dei, ac propria, ut habere censetur extraneitatem sufficientem ad adoptionem, ut ex Durando nonnulli contendunt. Nam, ut sæpe monui oportet impedimentorum, quæ sui assistentia realiter affectus alterius formales impediunt negationem absolutam pro instanti reali durationis pro priori naturæ ad effectus illos ab altera forma præstandos præsupponi. Obiicit Marius Victorin. 1. contra Candidum Arrian. pag. 6. t. 5. Biblioth. dicentem. *Nos adoptione filij, ille natura etiam, & quadam adoptione Filius, & Christus, sed secundum carnem.* Respondeo ex Vasq. num. 90. illud quadam adoptione satis denotare non loqui Marius de adoptione absolute tali, sicut de aliis dixerat, sed minus propriè loqui, ut significaret vnionem hypostaticam necessariam humanitati, seu Christo, qua homini. ad filiationem naturalem Dei denominatiuam à Deigratia, ac beneficio fuisse profectam: quo naturalis hæc humanitatis, Christiue qua hominis filiariorum denominatiua, ac non essentialis adoptioni per gratiam habitualement in aliis iustis exercitæ similis est. Nec aliud forte voluit Scotus supra.

2. Oppones ruelus Hilariu. 2. de Trinit. post med. dicentem. *Potestatis dignitas non amittitur, dum carnis humilitas adoptatur: ergo factur Hilarius carnis, siue humanitatem Christi fuisse adoptatam.* S. Thom. quæst. 23. a. 4. ad 1. ac S. Bonau. Respondent Hilariu minus propriè, siue improprie fuisse locutum, sicut nuper de Mario victorino dicebamus sed certè ibi fundamentum textus dedit, secus verus Hilarij, quare sine Hilarij nota iniuria falsum solutio teneri non potest. Melius Vasq. cap. 15. num. 91. respondet eos codices mendacios esse: quia in alijs legitur adoratur pro adoptatur eaque lectio, & Hilarij contextui, & intento multo est conuenior: quæ nisi ita essent crederent minori mendio pro adoptatur, transcripsum ab aliquo adoptatur. Siquidem Hilariu vim adoptionis apprime cognouit, ut ex eius testimonio dato cert. 2. Claret. Tertio obicit Irenæus. 3. aduers. hæres. dicens. *Propter hoc verbum Dei homo: & qui filius Dei est, filius hominis factus est, commixtus verbo Dei, ut adoptionem percipere fiat filius Dei.* Respondet Feuardentius Irenæi Scholasticæ ibi, ex quo Vasq. citato num. 90. Irenæum improprie vteretur adoptionem sicut Marius Victorinus supra. Melius Soar. & Bernal. respondent Irenæum eo loco finem incarnationis designasse, ut scilicet homo, qui secundum gradum specificum nobis est communis, & Christo, prout in nobis, non prout in ipso, filiationem Dei adoptiuam percipiens filius Dei fieret adoptiuus.

3. Multum hic Laboratur à Vasq. cap. 15. num. 68. Petro Hurtado d. 82. §. 34. Bernal. d. 67. i. num. 4. in explicanda alia ratione Sacrosyllabi columna 7. & 8. vbi dicitur: *quia sicut presertim adoptiuus dici non potest, nisi, qui prius alienus est ab eo, à quo adoptari desiderat. quam rationem in Riccardo. 3. d. 10. a. 2. q. 1. reprehendunt Vasquez, & Hurtado: quis in primo instanti suæ existentie potest quia adoptari à Deo, quin prius fuerit alienus, ut patet in B. Virgine, quæ nunquam fuit non filia Dei.* Respondet Hurtado Concilium confutare errorem Elipandi, quod humanitas ante vnionem in vero Virginis præexistit aliena sed, neque is fuit error Elipandi, licet ad illum cogereur à Patribus, ut vidimus, nec, si esset, bene impugnaretur: nam assumit probandum: scilicet, nunquam præexistisse alienam humanitatem, quod per te ab Elipando negabatur. Respondet Bernal. num. 8. si de diuina adoptione sit sermo, saltem prius natura debere adoptatum filium non esse; de humana vero prius etiam tempore. Contra: quia fetus foris, vel frater potest ab homine adoptari: quo in casu vbi primum eût erit Filius adoptiuus ipse, qui prius tempore Filius non fuerit. Primum etiam est falsum: alioqui, cum humanitas Christi proprii naturæ ad vnionem filia Dei nullatenus fuerit ex ea parte potius conuincetur adoptiua, vel adoptata contra fidem. Sensus ergo argumenti est iuxta subiectam materiam humanitatis, & hominis Christi, qui velis nempe pro duratione, qua naturalis filius non potest esse adoptiuus, quia impeditur adoptio assistentia reali in eadem duratione filiationis naturalis: quæ oportere, ut Filius aliquando afferatur adoptiuus, quod assignetur quando non fuerit naturalis: quod in Christo, qua homine non inuenitur: cum tempore eius humanitas, Verbo filio naturali fuerit vnita.

4. Præfixam conclusionem probat. S. Th. citato. a. 4. corp. & ad 3. quia filiariorum quæuis suppositio competit non naturæ: suppositum autem Verbi filiariorum naturalem continere impediens adoptiuæ. Displicet ratio nostro Vasquio serè argumentis, quibus eam in Gabriele reuocauimus. Etenim aliunde ostendatur pugna filiationis naturalis cum adoptiua respectu eiusdem eidem supposito dupli- filiariorum non aduerfatur, ut patet in Christo filio Virginis, & Dei. Adde: an filiariorum natura, an suppositio primario

primario comperat sub lite esse potesse. Neque antiqui Philolophi, qui suppositum à natura singulari non distigebant, adhuc formaliter dubitarunt filiationem, & generationem passivam, & adoptionem naturæ singulari propriè competere. Nec postea sacrosyllabus dicens *assumpsit, non adoptavit carnem* idest humanitatem non suppositum. Nec video quid referat naturæ singulari, esse, vel non esse partem, aut produci dependenter in sui existentia ab vnione ad aliud (in quo ratio suppositi, vel eius negatio consistit) vt dicatur propriè, vel non dicatur propriè genita, & filia. Sed de hac re plura vide apud Petrum Hurtado §. 45. his consecrari à non satis impugnata à Bernal. d. 55. lect. 3. à num. 22.




DISPUTATIO II.

De seruitute, subiectione, ac minoritate Christi, qua hominis, aut secundum humanitatem respectu Dei.



X vnione humanitatis hypostatica ad verbum examinandum, est an formaliter impediarur in humanitate naturalis seruitus ipsius respectu Dei? an etiam subiectione, vt ab illius obedientia sit liber Christus, qua homo, & prorsus immunis? si autem subiectione hæc non impediatur, debeatque Christus, qua homo, Deo obedire, atque in hoc sit potestas coactiua, quæ nam præcepta Christo, qua homini, fuerint à Deo imposita erit discutendum.



QVÆSTIO I.

De Christi qua huius etiam hominis seruitute respectu Dei.



AN Christus quatenus homo, vel secundum humanitatem strictè Dei seruus, ac propriè sit præsentis quæstionis materia est, & quidem adiectiue sumpto homine liquet ex dictis seruum Dei esse Christum, qua hominem, minimè posse adhuc formaliter, & præcisè. Nam in habente humanitatem Christi sub conceptu communi seruitus hæc, quæ prædicato communi non competit, nisi ratione singularis determinati (cuius solum per se est produci, & seruari physicè à Deo, in quo eiusmodi seruitutis vis omnino fundatur) nequit conuenire, nisi hoc singulare habens humanitatem Christi nempe Verbi personalitas eam habeat seruitutem: quæ quidem ipsi cum re ipsa Deus sit prorsus repugnat quæstio ergo solum est de Christo, qua homine substantiue sumpto, siue secundum humanitatem, vt re ipsa in Christo est: nam neque homini substantiue sumpto in communi, & præcisè, neque humanitati præcisè in communi seruitus competit, nisi ratione singularis, in qua sic restat ergo, vt quæstio de Christo, qua hic homo substantiue, siue secundum hanc humanitatem, vt re ipsa in Christo est, procedat, quo sensu agitata à Patribus, & scholasticis hæctenus fuit.

CERTAMEN I.

Christus, qua hic homo, siue secundum humanitatem seruus propriè Dei nec est, nec dici sine fidei intuitu potest.

Seruitutem propriam sic Aristot. primo Politicor. cap. tertio post notata multa definit. *Quicumque enim sui ipsius non est secundum naturam, sed alterius, homo autem est, hic natura est seruus.* ac statim definit particulam illam *Alterius* his verbis. *Alterius autem homo est, qui possidetur homo existens.* Id est non pars eius, à quo possidetur, hominis, sed adæquatè diuersus. Quod amplius statim explicuit subdens. *Res vero possessa instrumentum ad acquirendum actuum, & separatum.* scilicet à possessore. Cuius defectu hominis manus serua propriè ipsius non est, licet ei in omnibus ad nutum ministret. Clarius, ac breuius seruus est *uiuens rationale, quod alterius simpliciter est, siue ab altero simpliciter possidetur.* Prima verba subiectum explicant seruitutis latius, quam *homo*: nam comprehendunt substantias creatas intellectuales omnes, etiam spirituales, *alterius est simpliciter, vel simpliciter possidetur* formam seruitutis, & terminum ipsius: quia relatiua seruitus est, declarat. Neque enim seruitus est dominium passiuum, quoad aliquas operas: quale patitur mercenarius respectu conductoris, cuius simpliciter non est seruus, nec eius Dominus conductor, sed operarum; sed simpliciter, & absolutè tale non operarum modo, sed substantiæ serui. Licet autem Aristoteles naturalem creaturarum rationalium seruitutem Dei non agnouerit, tam hanc, quam legalem ipsius definitio complectitur: quia altera alterius similis valde, etiam in sui principio est. Seruitus enim à seruando dicta est, sicut à seruitute dictum est seruire ex eo quippe, quod aliquis, vel producat, vel seruetur ab alio, cum secus sine ipsius iniuria posset, in ipso seruitus: in illo dominium erga ipsum resultat. Hinc quia creata omnia rationalia ita à Deo producentur, seruanturque, vt sine eorum iniuria non produci, ac non conseruari ab illo possent, in hoc dominium, in illis correlata seruitus necessario resultat. Cuius solius propterea dominium, & earum seruitus correlata naturalia dicuntur: nam quandiu naturam habent Deo debent seruationem, à quo in suo esse, & natura essentia sua necessario pendent, ac proinde illi soli natura sua debent seruitutem. Sed vero cum iusti belli iure captos hostes, sine eorum iniuria possumus occidere, cum secus illos seruando facimus, nostro beneficio seruantur: ex quo etiam naturalis instar in nobis dominium, in illis seruitus legis dispositione suboritur, quæ legalis proinde nominatur. *ius autem instituta de iure naturæ.* illis verbis *Bella orta sunt, & captiuitates secuta, & seruitutes.* Notant vero hic omnes, ac Bernal. seruitutes reliquas, vt peccati, & alias similes impropriè dictas seruitutes esse.

2. His positis Lugo, & Bernal. quæstionem hanc inter Catholicos totam de nomine censent: cum in re nequeat inter illos esse dissensio. Verum in re tanta aliter, quam Patrum, & Ecclesiæ vsus tulerit effari non leue, sed graue discrimen, crimenque fuerit. S. Thom. quæst. 20. a. 1. ad 2. & toto. a. 2. vbi Caiet. & Cabrera. §. 5. cum Thomistis aliis: item. q. 23. a. 4. ad 3. Bassol. in 3. d. 9. ad 1. Palud. d. 12. quæst. 2. opin. 3. dicto. 1. Soar. d. 44. lect. 1. 5. *Secunda opinio antiquos alios posse mala consequentia in ducens,* Valentia d. 1. q. 20. pun. vnico §. *Ratione autem solius naturæ.* Ragula. t. 2. d. 26. a. 5. 1. Aluar. d. 64. num. 8. Lorca. d. 68. à num. 12. aliquæ Recentiores asserunt Christum quatenus hominem, siue secundum humanitatem

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

humanitatem seruum Dei proprium esse absolute vero non esse ita dicendum, ne personas cum Nestorio videamur in Christo separare. Bernal. d. 58. sect. 2. §. 1. num. 28. & §. 4. num. 59. & 63. etiam absolute Christum dici posse seruum ait, neque consequenter negari posse à Doctores praefatis admisso, vt admittendum conser, esse seruum proprie secundum humanitatem: qua in re consequentius illis discurret. Contra Vasq. d. 80. tota eiusque indiuidui affectu Luis. Torres, & Gaspar. Hurtado. Becan. cap. 16. quaest. 2. num. 10. Lugo. d. 28. sect. 3. Granad. controu. 1. tract. 15. q. 2. num. 13. licet pede non satis firmo. Petrus Hurtado d. 68. sect. 2. §. 7. ac Petrus Vvadingo d. 13. dub. 7. num. 92. si attentè legatur, docent Christum neque secundum humanitatem seruum Dei proprium esse in eo solum à reliquis discrepat Vvadingo num. 80. quod duplicem propriam seruitutem nec solum ab Aristotele, ac Doctores omnibus definitam, admittat. scilicet, aliam etiam, qua seruus, neque à filiatione, neque ab æqualitate honoris cum Domino excludatur: quæ, licet, definitione seruitutis ab omnibus recepta non continetur, propria tamen est: cum sæpe in scriptura, & Patribus Christo tribuatur, sed non vidit attentè Adrianum, iam recitandum, qui eas scripturæ, & Patrum locutiones improprias expressè appellat, atque ab eis per metaphoram usurpatas. Secundo constat quamuis aliam seruitutem eatenus talem dici, quatenus definit à Aristotele ac Theologis reliquis partem aliquam afferit, referre similitudinem: quare, & improprium esse, ac metaphoricam, vt percurrenti singulas, omnesque alias patebit.

4 Dicendum igitur est cum Doctores hisce Christum, adhuc quatenus hominem, siue secundum humanitatem, proprium seruum Dei non esse. Est conclusio Patrum, quos dabimus inferius, & Chéthouxi in c. 23. Damasc. 3. de fide. Theodoretus adhuc Nestoriani impugnatione sexti Anathematismi Concilij Alexandrini: vbi docet posita vniõne humanitatis ad Verbum, quam tunc negabat, humanitatem Dei seruitutem necessario exuiffe. Nizetæ. 3. Theauri. c. 38. num. 5. definita insuper fuit ab Adriano, & Concilio Francfort. contra Felicem, & Elipandum, qui Christo, qua homini, siue secundum humanitatem, cum adoptione appingebant seruitutem, vt ostendimus eius confessione recitata. d. 1. q. 1. aliisque Concilij Francfort. & Adriani testimoniis. Constatque ex Adriano citata epistola ad Episcop. Hisp. circa med. sic eos super hoc errore compente: *Tanta nimium vos temeritatis dementia deludat, vt adoptiuum eum Filium, quasi purum hominem calamitati humane subiectum, & (quod pudet dicere) seruum eum impij, & in grati tantis beneficiis, liberatorem non pertimescitis venenosa sauce susurrare. Cur non veremini queruli obreclatōres Deo odibiles, illum seruum nuncupare, qui vos de seruitute diaboli liberauit? cui seruituti vos iterum nitimini perfidia spontè colla summittere?* C. Francfort. ep. ad eoldem Circa fin. *Intelligite in hac professione vestra duplici diabolice fraudis latuisse dolos. Hoc est: vt vos, qui gratia baptismi redempti estis ab vniõne catholice, disungeret Ecclesia, & schismatici erroris laqueo à via salutis eterne retraheret, & gentibus (Mahumetanis) inter quas habitatis Christiana fidei initia intercluderet. Dum, & Dominum nostrum Iesum Christum, quem Deum colimus, & adoramus seruum predicatis, & adoptiuum.* Respondet Bernal. sect. 3. paragrafo primo errorem de seruitute Christi ab Historiographis in Elipando non notari: quare ab Adriano, & Concilio à quibus Elipandi errores damnati sunt, seruitutem non damnari. Sed quid historia opus est vbi ipsius adest confessio, ac tam aperta Adriani, & Concilij testimonia, in quibus durius de seruitute, quam de adoptione increpatur? quin contra adoptionem tertiam solum epistolæ partem duas vero contra seruitutem ab Adriano datas fatetur Ber-

nal. §. 2. à quo per totam sectionem aliquam seruitutem Christo ab Elipando impactam probat. Respondet seruitutem Elipandi damnatam Nestorij fuisse, cum quo Christi personam diuidebat. Ad Elipandum Nestorianum non fuisse, sed vnam tantum in Christo agnouisse personam ostendimus. d. 1. q. 1. secundo: cum pro antecedenti ad impugnamam seruitutem Elipandi vnitatem personæ Christi Concilium, & Adrianus assumant, male arguerent, nisi ea vnitatem ab Elipando concederetur, & sane ab ipso concedi præter hæc proxima illa Adriani verba suadent, *quasi purum hominem seruum eum*: id est: ac si purum hominem reparent, quem Dei personam, ac non purum hominem sententur.

4 Respondent tertio Aduersarij Elipandi errorem damnatum de seruitute peccati fuisse quia dicitur seruitus *calamitatis humane*: cum tamen seruitus naturalis, ac non peccati conditionis humane non calamitatis sit. Secundo: quia Concilium in epistola ex eo, quod Adam seruus non fuerit notus, quia in peccato factus non est, inferit, *Christus autem non fecit, ideo seruus non est peccati*. Ego han seruitutem peccati negat, non naturalem, in qua Adamus natus citra dubium fuit. Tertio: qui ex 3. ad Hebræos. (vbi num. 3. Christus *ampliori gloria præ Moyse* dicitur, reddiditque ratio num. 5. & 6. *Moyse quidem tanquam famulus factus fuit in porta domo eius; Christus vero tanquam Filius in ætate sua.*) sic arguit Patres Concilij contra Elipandum, *quomodo ampliori gloriae, si seruus fuit, & Moyse, vel ex seruo adoptiuus? scilicet, inquit Bernal. putabat Elipandus ex seruo peccati adoptiuum Christum, sicut Moyse ex seruo in Filium filij Pharaonis fuit adoptiuus.* Quarto: quia Elipandus Christum dicit plane in sua confessione recitata. d. 1. q. 1. cert. 2. *captiuum.* sed tamen prior est ceteris solutio. Nam error hic apertus de seruitute peccati in Christo impudentissimus, neque eatenus, apud Hæreticos auditus, quomodo omnes Episcopos, præter Hæreticum, traheret? quomodo, & hunc, & Beatum sibi super eo repugnantes, damnandos à Gallia, ac Germania Episcopis speraret Elipandus? secundo ipse in sua confessione ait esse seruum sicut omnes sancti illis verbis: *quasi conformes sunt omnes sancti huic filio Dei seruandum gratiam: & cum adoptiuo adoptiuus, & cum seruo seruuus.* At qui iustus, qua talibus, seruitus peccati non est, quæ solum adest illis, qui faciunt peccatum, iuxta Petrum à Concilio recitarum: ego seruitus Christi, de qua Elipandus, non erat seruitus peccati. Tertio Adrianus cert. 2. referendus contendit Christum non esse seruum, quemadmodum Iob, Iacob, & Dauid iam iustus, qui serui peccati, non erant. Quarto Concilium loquitur expressè contra Elipandum de seruitute Christi respectu Dei Patris vt et his patet. *Quid dicitis de Deo Patre, qui eum in baptismo etiam, & transfiguratione, que facta est in monte, Patrem nuncupauit, non seruum.* Atqui seruitus peccati non est respectu Dei, sed peccati, vt patet: ergo seruitus Christi de qua Elipandus, & Concilium non est seruitus peccati, sed Dei.

5 De hac igitur Moyse seruitute in domo Delibantur Paulus, & Concilium, vt ex vtroque textu daret, dum ex eius denegatione amplioris præ illo in domo Dei gloriae Christum ostendunt; quin eorum Verbis allusio ad Moyse ex seruo adoptionem vllatenus fiat: sed solum consequentia notetur (sæpe errore Elipandi, siue de adoptione, siue de seruitute Christi secundum humanitatem nempe: vel simul cum vniõne seruum fuisse, vel præcedente tempore humanitatem, siue vniõne, vt locus adoptioni, & seruituti ipsius daretur. Id autem, quo primo nitentur aduersarij, & calamitate humana videant non esse adiunctam seruituti, sed adoptioni ab Adriano: & bene. Nam, licet respectu puri hominis adoptio felicitas sit, respectu vero non puri hominis, sed Dei simul, calamitas esset, quæ Christum destrueret, personalemque

personasque separaret, neque hominem illum relinquere Deum. Illud de captivitate dicitur ab Elipando de comprehensione Christi ad passionem, & mortem, sed quid, inquit, succentent Patres Magis Elipando de servitute, quam de adoptione, si non loquitur de servitute peccati? Respondeo: quia etiam respectu Dei indecentior est servitus Christo, quam adoptio. Verum est, Adrianum, & Patres occasione huius Elipandianæ servitutis omne servitutis genus, de quo in scriptura fit mentio, ac non tropicè, seu metaphoricè à Christo Domino propulsa, & servitutem peccati, verbis secundo loco obiectis ex Concilij epistola. Deinde inferiori legalem respectu creaturæ (hominis videlicet, aut Angeli) quarum omnium Dominus est. Servitutem respectu Dei iure creationis, conditionisque humanæ, quam solum Elipandus Christo tribuebat, verbis à nobis datis num. 4. sine aliisque infra dandis. Vnde Adrianus sub epistolæ cit. finem concludit: *Opus namque eius (Christi) ut sit unicus proprius, & dilectus Filius Dei, nostrum opus est, ut simus servi per conditionem, & Filij per gratiam.* Ac demum servilem in operando conditionem, dum concil. citata epistol. servum eum à Prophetis dictum ait, *Non ex conditione servitutis, sed ex humilitatis obedientia.* Atque Arrianus epistola sua *folium ob servilis forme conditionem, impropiè nec in se, sed in Sanctis, qui ipsum præfigurabant.*

6 His præclusa quartum, & quintum effugium Bernalis & aliorum manent, scilicet damnatas esse duas alias servitutes ab Elipando assertas: alteram Spiritum servitutis, qua ex coactione, & timore Deo obediret, quam damnatam fatemur sed non solum, neque ut Felicis & Elipandi errorem, sed eius occasione. Hoc patet: nam servitutem quam in sua confessione tribuebat Christo erat similis servituti Sanctorum, qui non timoris Spiritu, sed Filiorum adoptivorum amore clamant iuxta psalm. ad Rom. 8. *Abba Pater.* Secundo servitutem Elipandi numquam hi Patres directo nisi ex unitate personæ Verbi in Christo ratione unitatis humanitatis ad ipsum impugnant, ut cert. 2. videbimus. Altera solutio est damari in Elipando legalem servitutem respectu alicuius creaturæ, sed hoc etiam proximè præclusimus. Sexta solutio damnatam in Elipando fuisse servitutem Christi qua hominis specificatiue, non reduplicatiue secundum humanitatem, vel quatenus homo substantiue prope dicit humanitatem in recto. Sed tamen cum eodem sensu, & acceptione asseratur ab Elipando de Christo servitus, atque adoptio, ut patet ex eius confessione: damneturque ab Adriano, ex Concilio in Elipando, ut patet ex dictis, dicendisque, & ex totis epistolis, & iacrosyllabo: atque adoptio asseratur ab Elipando, damneturque à Concilio, & Adriano in Christo secundum humanitatem, seu quatenus homo substantiue acceptus est, asserta: eadem acceptione, & asserta ab Elipando, & damnata à Concilio fuit servitus Christi, qua hominis substantiue, & secundum humanitatem reduplicatiue. Accedit Adrianus post epistolæ medium, dicens: *Deus, & homo erat, qui secundum Deum dicebat, ego & Pater idem sumus, & secundum humanitatem Pater maior me est, & tamen non ait Pater Dominus meus est.* Ac versus fin. ex illo Patris, *Hic est Filius meus dilectus:* deducit non secundum diuinitatem dictum, sed secundum humanitatem, supra quam columna descendit, concluditque: *ipse utique, secundum humanitatem, unus, proprius, & dilectus, non servus est.* Deinde contra hanc servitutem secundum humanitatem reduplicatiue militant argumenta Adriani, & Francofordiensis, ut cert. 2. constabit. Ac tandem cum prædicatione de Christo secundum humanitatem reduplicatiue valeat argumentum ad eandem de Christo absolute Bernali fatente, quare melius de eo, qua homine specificatiue: si damnata servitus de Christo homine, siue secundum humanitatem non est, neque de Christo, siue absolute, siue qua homine specificatiue damnata erit.

7 Vicina solutio sit, quam ex Valentia supra §. vlt. arripuit Bernal. ubi proximè: servitutem in Elipando

damnata esse servitutem naturalem, non secundum se, sed ut coniunctam adoptioni, ut in 2. part. epistolæ concludit Adrianus semper contra Elipandum ex psalm. 8. vers. 8. *Omnia subiecisti sub pedibus eius.* Sic: *Dominum igitur Angelorum &c. Vos dicitis servum, & adoptivum.* ex 2. ad Philip. *& omnia lingua confiteatur; ita post med. epist. & vestra lingua non confunditur servum eum, & adoptivum lavare.* Atque ex Matth. 3. & 17. *Hic est Filius meus, concludit, ipse utique unicus, proprius dilectus, & non servus, & adoptivus.* Verum Elipandus ipse hanc sui erroris interpretationem præclusisse, ac præcauisse in sua confessione videtur dicens. *Quasi conformes sunt omnes sancti huic Filio Dei secundum gratiam, & cum adoptivo adoptivi, & cum advocato advocati, & cum Christo Christi; & cum parvulo parvuli, & cum servo servuli.* Vide quam seorsim ab adoptione Christo tribuat servitutem. Ac inferius ait: *hominem factum, circumcissum, baptizatum, flagellatum, crucifixum, mortuum, sepultum, servum, peregrinum; ubi non solum servitutem adoptioni non coniunxit, sed ne huius quidem meminit, & Concilium Francoford. sub epistolæ finem in errore Elipandi, ait: Duplicis diabolice fraudis latuisse dolos dum Christum, & servum prædicatis, & adoptivum.* Ecce damnatum duplicem distinctum errorem, & adoptionis, & servitutis. Ac post epistolæ medium. *Si ergo verus Deus est, qui de Virgine natus est, quomodo tunc adoptivus esset, vel servus.* utrumque ergo diuim in Elipando damnatur. Denique sæpè seorsim confutatur ab Adriano, & Francofordiensi adoptio, seorsimque servitus; atque hæc maiori stomacho quam illa, ut vidimus. Item servitus cum indecentior Christo sit, alterius adiunctione ad sui damnationem non eget: quod autem quandoque in confutatione post singularitatem explosas utraque hæresis iungatur exiguo argumento est ad intentum. Nam potuit uterque error coniungi, ut coniunctim quam aberaret monstruosè proponeretur.

CERTAMEN II.

Rationibus Adriani, Francofordiensis, aliorumque Patrum eadem veritas monstratur.

1 **P**rima Adriani ratio ab autoritate negatiua Scripturæ petita est, quia inquit, licet in eius umbris Iob, Iacob, & David, id est Christum Scriptura nominet: *Postquam autem, ait cit. epist. Cessavit umbra veritatis, & ipsa in promptu manifesta est veritas, que sub allegorica syntaxi latebat, nusquam eum à Patre servum vocatum legimus, sed Filium.* Nec patitur etiam in aliorum personis, ni allegoricè, servum, sicut peccatorem, leonem, & agnum in veteri testamento dictum. Pergit: *Enim vero in ipso etiam articulo passionis, (in quo servilis forma parata erat, ubi omnis humane conditionis infirmitas monstrabatur) non eum Dominum appellavit, sed Patrem. Pater, inquit, si possibile est &c. quoniam magnum pietatis Sacramentum, quod apparuit in mundo, iuxta Paulum, assumptum est in gloria. Nullus unquam Evangelistarum, nemo Apostolorum servum eum commemorat: sed Dominum, & Salvatorem.* Quæ duo servituti opponit tanquam pugnantia cum illa. Ab eo edoctus Carolus M. epist. ad Elipandum apud Concil. Francoford. confessi. fid. ait. *In forma Dei Creator, in forma servi Redemptor.* Hoc argumentum magnam vim habet: nam in rebus tanti ponderis perpetuum Scripturæ de aliquo silentium haberi debet ipsius à Catholica doctrina exterminium; sicque ad ipsum silentium Scripturæ observatum ab Augustino fuit qu. 56. in Genes. licet addat non incongruenter potuisse, à Christo qua homine Dominum Deum dici: at hoc incongruenter non est idem ac propriè præcipue respectu sui simili argumentum ex silentio Scripturæ de Christi adoptione militabat Adrianus supra contra errorem de Christi adoptione. Contra hanc rationem obiciunt nonnulli loca

ex Matth. 11. & Ioann. 20. quæ potius Adriani, & Augustini obseruationem, & rationem continent, quam impugnent.

2 Ratio Adriani, & Concilij Francfordienf. & aliorum patrum similis illi est, quem contra adoptionem humanitatis Christi, ex ipsis efformabimus. Seruus proprius, vt naturalem ambit, & legalem debet esse alter adæquatè ab eo, cuius est seruus: constat ex definitione Aristotelis, & omnium à nobis data cert. 1. num. 1. atqui Christus non est adæquatè diuersus, seu alter à Patre Deo, adhuc secundum humanitatem: ergo Christus adhuc secundum humanitatem non est propriè seruus Dei. Minor probatur: Filius quia Filius pars Patris imò idem cum Patre est: atqui Christus adhuc secundum humanitatem, est naturalis Dei Filius, vt videbimus d. 1. quæst. 2. ergo Christus adhuc secundum humanitatem, est Dei pars, imò idem cum Deo. Confirmatur magis vnus est Filius cum Patre, quam vxor cum marito: atq; vxor quia vnum cum marito nequit esse mariti serua: ergo multo minus esse poterit Filius seruus Patris. Maior suadetur. Vnitas vxoris cum marito ex matrimonij contractu, & affectu summa est quare vnus in Filio, siue formaliter, siue radicaliter per se nimis, & carnis commixtionè idem, quasi vni tertio sunt ergo ratione vnitatis, quam habet quouis eorum cum Filio inter se habent summam vnitatem: ergo strictior maiorque vnitas, siue identitas est Filij cum Patre & cum Matre, quam vtriusque inter se. patet nam propter quod vnum quodque tale, & illud magis. Minor autem est expressa Leonis pap. 1. epistola ad Rusticum cap. 4. *Non omnis mulier iuncta viro vxor est viri: nuptiarum autem fœdera inter ingenuos sunt. Est insuper omni iure constans. Authentica de Consulibus. §. Si autem vxor. collat. 4. leg. Mulieres. C. de dignitatibus l. 9. titulus. 1. partita 2. libro 12. vb. ea de causa, & ob communicationem honoris æqualis cum marito declaratur vxorem mariti seruam esse non posse, vt ratione vrgebimus tercia. Ac demum ex veteri testamento constat seruam matrimonio cum domino liberam fieri.*

3 Præfatum argumentum inculcat sæpè Concil. Francford. cit. epist. post med. *Si ergo verus Deus est, qui de Virgine natus est, (vtrique secundum humanitatem) quomodo tunc potest esse adoptiuus, vel seruus? Post pauca: Credamus eum Dominum, & non seruum ipso dicente vos vocatis me Magister. & Domine: & benedicitis: Sum etenim &c. & dum omnipotens Dei filius nostre fragilitatis naturam in vnitatis sue persone assumere voluit, vt esset mediator Dei, & hominum, cur non debuit ex meliori florum dignitate, & multo excellentiori nostram sibi & vnitatis persone sociare humanitatem? quatenus sua gloriosa, & propria nobilitate nostre seruitutis redimeret ignobilitatem? Ac longè à med. Luculentius: *Quid est aliud dicere eandem Virginem adoptiuum, vel seruum genuisse, (genuit autem secundum humanitatem) nisi negare Deum illam genuisse? Si Deus genuerit, à Virgine, nequaquam adoptiuus, sed Filius: quia alia est persona propria filij alia adoptiuus, vel serui. Adrian. recitatis verbis cert. 1. num. 3. eodem argumentatur modo, dum ait adoptionem, & seruitutem Dei non nisi in purum hominem cadere posse, quod ipsum argumentum dedie sæpè Damascen. constanter Christum non esse propriè Dei seruum defendens 3. de fide cap. 21. *Illud quoque sciendum est: eum ne seruum quidem, dicere nobis liceat, & post pauca: sanè seruitutis ordinis esset caro, nisi Verbo Deo copulata esset; atq; cum semel ei personaliter vnitas est quoniam pacto in seruilem classem redigeretur? concluditurque sub fin. *Is autem qui seruum cum dicitur, vnum Christum instar Nestorij in duos diuidunt. quia cum vnitatis personæ filij hominis Christi seruitus consistere non potest, demum lib. 4. cap. 19. *Si que re vera distinguantur (hoc est carnem à Verbo, animo, & cogitatione distinxeris) & seruus, & ignarus dicitur: quia vnde nec serua, & ignoratione laborantis nature erat: ac nisi caro Deo copulata fuisset serua proculdubio, & ignorans extitisset. Verum ob personalem cum Deo Verbo vnitatem id habuit, vt nec serua esse, neque in ignoratione versaretur: eoque factum est, vt Patrem Deum etiam suum vocaret. Sententiam,*****

& discursum ferè transcripsit Nizeras 3. Theaur. cap. 38. num 5.

4 Ex hac morali vnitatis, atque identitate filij cum Patre, quam iure vnitatis humanitas Christi cum Deo habet laboritur in ipsa honoris æqualitas, ferè in sede, ac dignitate, ob quam etiam vxor viri serua propriè esse non potest: cum de ratione serui in æqualitate in honore, vt Christus dominus expressit. Iuc. 17. his verbis: *quis vestrum habens seruum arantem, aut pascuentem, qui regresso agro dicat illi: statim transi, & recumbes, & non dicit ei: para quod cenem, & precingete, & ministra mibi donec manducem, & bibam, & post hæc tu manducabis, & bibes. Quod autem Christi humanitas habet æqualitatem ferè honoris cum Deo ipso Deique Filio, cui vnitur, & aquo filia denominatiue est videmus controu. 6. d. vltima de adoratione. Nunc probatur ex eo, quod Dei nomen possidet, licet non iure identitatis, atq; communicationis: vnde appellatur homo Christus *oecumen. à Naz. or. 42. 2. de Paschate à Damasc. 4. de fide. c. 19. id est idem Deus, non diuinus, sicut Regi vxor Regina imò, & humanitas addito audacter vocatur simul Dea. Luculentissime Fulgent. 3. ad Thaumund. 11. qualiter autem homo ille posuit Dei nomen, nisi quantum à Deo susceptus vniam possidet cum eo nominis dignitatem. Consedie etiam Deo, qua homo, quod honoris ferè æqualitatem seruo propriè Dei repugnantem ostendit qua de re Leo. M. Pat. serm. 1. de Alcenf. Eleganter scribit: *Reuera magna erat, & inossibilis causa genderi cum in conspectu sancte multitudinis suis omnino curaturam celestium dignitatem humani generis nata confereret, supergressa Angelicos ordines, & vltra Archangelorum altitudines eleuanda, nec vltis sublimitatibus, modis sue pronotionis habitura, nisi æterni Patris recepta concessio. Ius glorie sociaretur in throno, cuius nature copularetur in filio. Damascen. 4. de fide. c. 2. quo circa per patrem dextere vocabulum nihil aliud significamus, quam diuinitatis honorem, atque gloriam, in qua cum Dei Filius, vt Deus, & cum Patre substantie ante secula esset ad extremum intratus, corporeoque modo considerat: in eandem numerum gloriam ascit a ipsis carne vna æternam eademque cum sua carne adorationem ab omnibus rebus conditis afficitur, consona Cyril. Alex. Apolog. defens. anathematismi 8. reliquique Patres de adoratione humanitatis Christi. Præsit argumentum Francford. circa epistolæ finem datis verbis certum. *Dum, & Dominum nostrum Iesum Christum, quem Deum colimus, & adoramus, seruum prædicatis, & adoptiuum, ac circa med. ex 3. ad Hebr. Amplioris glorie &c. quomodo amplioris glorie, si seruus, sicut & Moyses. Adrianus è sua epistola recitatus num. 1. quoniam magnum pietatis specimen, quod apparuit in mundo iuxta Paulum assumptum est in gloria. ac vers. med. Numquid docuerunt Patres Ecclesie cum seruum, vel adoptiuum prædicare: cum vniesseu. Eusebia Euangelicis, atque Apostolicis imbuta lucidissimi documentis, Deum, ac Dominum suum totis medullis vdis, tota animæ deuotione in dextera cum Patris profiteretur sedentem Chrysoctomus homilia decimatercia, in epistol. ad Hebr. ad id: *Hoc enim semel sciti. Sic aut ne putes cum sursum stare, vt ministrum esse ostendit, quia dispensationis, res ista est: sicut enim seruus factus est, sic etiam minister. Sed sicut seruus factus minister non mansit seruus, & minister factus non mansit minister. Non enim ministrus est sedere, sed stare. Cyril. Alex. exposit. Symboli Niff. circa med. *Acceptit autem formam serui, vt liberis: non seruum estens ad libertatis rediit gloriam, in similitudinem hominum factus est, qui in forma, & in Patris inæqualitate non habuit (sicut puri alij) existens, vt seruet in similitudinem eius secundum participium participationem, & occupatus est. Quod argumentum vim habet in Bernalis sententiis, qui tandem æqualitatem in honore, & dignitate humanitatis cum Deo fatetur: in nostra autem qui non æqualitatem, sed ferè recognoscimus non habet exigentiam ius confedendi cum Domino cuius propriè seruo repugnat.******

5 Quarta ratio quia cum dominium diuinum creationis iure Deo, qua Deus est, competat, ac seruus correlata sit respectu Dei toti Trinitati, singulique, & omnibus

omnibus eius personis, quibus æquè competit esse Deum, competet hominis, seu humanitatis Christi dominium, huicque seruitus respectu omnium, & singularum personarum Trinitatis: ergo Christus quatenus homo erit seruus sui ipsius, personaliter sumpti: ac rursus personaliter sumptus sui ipsius quatenus hominis Dominus. Atqui hoc pugnat eandem personam sui ipsius seruum propriè, ac dominum esse reiectum iam pridem in Nestorio fuit à Concil. Alex. in epistola recepta, & approbata ab Ephesino (quæ est 10. Cyrilli Alex.) in confess. fid. & anathematismo 6. atque ab eodem Cyrillo in eius defensione, & lib. ad Euoprium, ubi acriter Nestorianas voces de Christo *infans, & infans Dominus*, reprehendit Ergo Christus, qua homo, siue secundum humanitatem non est propriè Dei seruus. Debemus integrum argumentum Damasceno 3. de fide cap. 21. sic de humanitate loquenti post data verba num. 3. sub med. *Cum vnus Christus sit sui ipsius, profecto, & seruus, & Dominus esse nequit. Hec enim non ex eorum numero sunt, que simpliciter dicuntur, sed que cum aliquo conseruiuntur. Cuiusnam igitur seruus erit? Patrisne, ergo non omnia eà, que Pater habet Filij quoque sunt: siquidem Patris seruus est, sui autem minimè. Licet autem Concilia, Alexandr. & Ephesin. ac Cyrillus ibi hominem Christi eius Filium, Christumque hominis, seu infantis Dominum, ac Nestorij sensu, Deum etiam negant, concedant autem Patre Christi Deum esse, quia in eo diuisionis personarum in Christo aberat, suspicio quæ erat in aliis primis adhuc Dominum appellare aut non sunt quia idem aderat diuidendi personas in Christo periculum: quare nostro huic, & Damasceni argumento annuerunt. Nec refert ab his agi contra seruitutem hominis purè Nestorianam non contra seruitutem hominis simul Dei: Cum enim ex opposito principio vnitatis personæ in Christo seruitutem à Christo qua homine relegend, eorum ratio seruitutem etiam non puri hominis exterminat: quare, & ab Adriano, & Francfortiensi ex eis fuit ratio desumpta: quia occasione alterius Elipandi errorem anticipato confuturunt veteres patres, damnaruntque: non secus ac Bernal. qui ita respondit, aiebat, ab Elipando quidem adoptionem Christi, qua hominis non fuisse assertam, sed solum Nestorianismum suscitatum: huius tamen erroris occasione confutatam damnatamque ab Adriano, & Francfortiensi fuisse adoptionem hominis simul Dei, siue nõ puritiam id etiam suis rationibus, ac testimoniis Patres isti egerunt. Demum sola Adriani, & Francfortiensi Concilij auctoritas adeo expressè damnans, ac impugnans Christi qua hominis, siue secundum humanitatem Verbo vnitam propriam seruitutem conclusionem certam, ac de fide satis superque faceret.*

CERTAMEN III.

Oppositionibus obuiatur.

Oppones contra secundam, & tertiam rationem ex Bernale vnitatis, seu identitatis, vel physica, vel moralis filij cum Patre, & vxoris cum marito infer eorum in honore æqualitatem, repugnatque propriæ seruituti filij respectu Patris, & vxoris, respectu mariti: ergo eadem vnitatis repugnat propriæ seruituti Patris respectu filij: ergo duplici titulo Deipara immunis necessario est à propria seruitute respectu Dei. Probo hanc consequentiam: Deipara est sponsa Spiritus sancti, ergo æqualis honoris cum ipso. Item est mater vera filij Dei: ergo, si quid, nostræ Patrum rationes valent, Maria Deipara ex duplici titulo serua Dei propriè non est, quod est erroneum. Respondetur titulum sponsæ Spiritus sancti proprium & strictum non esse: cum matrimonium strictum cum Spiritu sancto, atque vnitatis strictæ sponzorum rationem non habuerit, nempe carnis feminique commixtionem cum

Spiritu sancto, qui sponsus Mariæ; licet non propriè, specialiter tamen dicitur, ad hominis Christi generationem sponi vice supernaturaliter concurrat cum aliis etiam Trinitatis personis physice, solus autem per appropriationem, titulus autem maternitatis filij Dei non vrget: quia, licet ad identitatem, & à qualitate honoris filij cum Patre, ac repugnantia seruitutis propriæ respectu Patris, valeat consequentia ad patrem respectu filij intelligi debet de Patre, qui filiationem naturalem ponit, non eius subiectum, scilicet humanitatem, quam Deipara posuit generatione; quanto vero errore consequentia admitteretur ostendemus, cum Theologiam diu à nobis meditatam de Maria Deipara scholasticam, Deo fauente edemus.

2 Ex veteri testamento opponi plura possunt, sed quod allegorico, metaphorico, nec proprio seruitutis sensu dicta testantur Adrianus, & Francfortiensi ex nouo obiciunt Matth. 11. *Constitor tibi Pater: Domine cali, & terre*, id est omnium, qui, & in coelo, & in terra sunt, ve interpretatur Athanas. orat. 3. contra Arrian. quare nunc in coelis Dominus Pater erit; illeque qua homo seruus. Respondit Maldonatus ibi: *Os seruatum Athanasius & Cyrillus interpunctionem inter nomines Patris, & Domini studiosè & significanter adhibitam: ne Deum non solum Patrem, sed etiam Dominum suum vocare videretur. Patrem enim non cali, aut terre, instas ex Ioan. 20. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. Si ergo sui, ac discipulorum Deum dicit cum horum Dominus Deus sit, & sui Dominum faceretur. Verum vt bene Damasc. 4. de fide, cap. 8. obseruat cum seorsim sui Patrem, & Deum dixerit diuersimodè suum, ac discipulorum, & patrem, & Deum proficitur: quare illorum, non sui Dominum atque adoptiuum, vt ex eo loco patres contra Arrianum argumentantur. Tertio dices Matth. 12. de Christo explicari illud Isai. 42. *Eccle seruus meus suscipiam eum*. Sed hoc ita legunt 70. *seruus meus iacob*, atque apud Matth. vbi omittitur Iacob, legitur *Puer meus*, vt de ministro obsequentissimo, non stricto seruo in persona Christi dictum intelligas? licet in Iacobi qui eum præfigurabat persona seruitutis nomen cum proprietate retineatur iuxta Adriani, & Francfortiensi explicationem testimonio veteris testamenti explicationem nostræ, ac suæ conclusioni aduersantium. Quarto oppones ad Philip. 2. *qui cum in forma Dei esset, semetipsum exinanitum formam serui accipiens*: ergo sicut diuinam, ita & seruilem naturam humanam filius accepit. Distinguo consequens cum Leone, & Augustino recitatis à Francfortiensi formam seruilem, siue serui *actus seruum*, nego; *actus non seruum* concedo: quia filiatione naturali impediatur seruitus. Quinto dices Matth. 4. Christum adorationem sibi ab ipso petenti diabolo respondisse: scriptum est enim *Dominum Deum tuum adorabis, & illi seruiet*, ac præcipitum suadenti. *Non tentabis Dominum Deum tuum*: Ergo cum eis tanquam sibi dictis Christus vtratur, Deum Dominum, seque ipse seruum recognoscit. Sed opus non est, vt eis tanquam sibi dictis vtratur Christus, sed aliis omnibus, vt ostendit dæmon non esse tentatam adorationem exhibendam. Sed esto vtratur tanquam sibi dictis: non ideo dominum respectu Dei intelligi debet sed satis est absolute respectu cæterorum. An non posset dicere, *Dominus Pater produxit me*, etiam qua æternus est filius? imo sic in sapientia dicitur sæpè, vel formaliter, vel æquialenter *Dominus possedit me*; *creauit me*: cum tamen respectu sapientiæ æternæ genitæ Dominus non sit. Ratio est: quia nomine appellatio vnde cumque sumatur, quis vti potest, cum aliquem sibi loquentem inducit non secus ac proprio. Vltimo opponunt ex 1. Corinth. 13. *Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus vero Dei*; sed his dominium, aut seruitus propria non denotatur: nam inter eà, quæ Corinthiorum dicuntur *Paulus, Apollo, & cephas*, qui illorum serui non erant, numerantur, imo extremis verbis generationem æternam Christi qua verbum est, à Patre cuius qua tale, seruus non est; denotari plur. s. autant Patres.*

3 Patrum testimonia quædam, ut bene Lugo eorum sunt, qui Christum appellari posse seruum contendant, quibus ferè omnes aduersarij, qui absolute talem dici posse non admittunt, sed solum cum addito secundum humanitatem respondere etiam tenentur, ex illis sunt Hieronym. ad Ipcum Ilii. 42. *Peccatorem* Cyrill. Alex. lib. ad Enoptium ubi de seruitute Verbi incarnati, quoad apparet solum, nec respectu Dei sed Cæsaris in solutione vectigalis loquitur, atque 6. de Trinit. ubi potius pro nobis, est his verbis: *quoniam autem secundum naturam est Deus, & Dominus permittit, & offensam, & ignobilitatem seruitutis excellentia gloriæ victam superari. Ac offensa non est, si naturalis, & iocima humanitati assumptæ foret, neque superari, nisi desertione humanitatis verbo posset. Est ergo seruitus hic ministerij, non conditionis. A c infra dispensationi secundum carnem ad breue tempus permittisse seruitutis modum; postea vero ad claritatem naturalis domini rediisse. Non esset autem permissio naturalis seruitutis, nec ea deposita ad dominium naturale reditus retenta humanitate. Ac tandem exposit. Symbol. Nizæni circa med. aiebat. *Accepit autem formam serui ut liberi, non seruis existens.* Ex illis etiam est Athanas. serm. 3. contra Arrian. fol. 10. illud prouerb. 8. *Dominus creauit me.* De Christo explicans, & contra conclusionem difficultis nisi truncatè recitaretur, quare sola loci continui lectio solutio erit. Sic habet. *Qui cum filius Dei sit, & Deum habeat Patrem, cuius ipse est propria soboles: tamen per id tempus, (quo factus homo apud nos fuit) Deum non Patrem, sed & Dominum appellat; non quia seruus, sed quia serui speciem assumpsisset, alioquin par erat, qui erat Verbum ex Patre, ut Deum Patrem suum appellaret: id enim proprium est Filio erga Patrem. Ceterum ita cum venisset ad opus Paris absolendum, & speciem serui accepisset, conueniens fuerat, ut Patrem suum, & Dominum vocaret. propter speciem, & ministerium: Merito igitur, quia nos serui, non ille, cum talis effectus est, quale; nos eramus, seruus appellatus. Ex illis etiam est Naz. orat. 35. 1. de Filio. *Tu mihi contra illas ingratitudeis tue voces ennumera has, videlicet: Deus meus, & Deus uester. Maior creauit, fecit, sanctificauit. Seruum etiam, si lubet, & obedientem adiuuge.* Sed hæc non sententiam, sed permissionem eius vocis continent: nec nisi secuta obedientem temperatam, ut non de propria seruitute intelligatur. In illis etiam numeratur Ambros. 5. de fide cap. 6. *Non igitur prædicat, quod subiectus dicitur, cui non prædicat, quod seruus legitur, quia filiatione, quidquid in proprietate earum vocum ignobilitatis est, aboletur, & enacuatur, ut nuper Cyrillus aiebat.***

4 Difficilius obiciuntur Athanas. orat. 3. contra Arrian. fol. 4. in hæc verba. *Quatenus in confesso est, & eum hominem esse factum, nihil discriminis attulerit, siue seruus, hominis appellatur. Omnes enim istiusmodi vocute in ratione humanitatis bene, & propriè competunt, illaque omnia non substantiam verbi, sed hominem eum fuisse demonstrant.* Aug. ser. 78. de temp. sed & seruum eum euidentissime confirmatur. Chrysostr. ser. 7. in id ad Philip. 2. *formam serui accipiens. scripsit, sicut in forma Dei perfectus est Deus, ita in forma serui perfectus est seruus.* Verum Athanas. num. 3. ac superius Chrysostr. etiam cert. 3. & August. sæpè in hac q. adeo expressè negant Christo adhuc qua homini seruitutem propriam, ut hic non eo sensu illam ipsi tribuere certissimum sit. Seruum igitur non in strictissima significatione, in qua nunc disputamus vsurpant; sed in alia visitata etiam, & frequenti pro subiectione alicui debita: quam adeo in clamabant contra negantes Christo veram naturam creatam humanam, cuius creationis iures licet filiatione naturali seruitus alia impediatur, secus illa subiectionis, ut sequenti q. videbimus. Sc Concilium Francfort. citata epistola aiebat: *Seruum non ex conditione seruitutis, sed ex humilitatis obedientia nuncupatum. Atque Adrianus reiectis veteris testamenti testimoniis ait Ambrosium, aliosque Patres ita locutos: Propter eos videlicet Hereticos, qui phantasticum, aut etiam semiplenum Dominicum corpus sacrilego ore susurrabant. Contra eos vero qui Christum hominem puram creaturam, vel cum Arrio, vel cum Nestorio dicebant, seruum stricta nostra*

significatione negabant: ut vnâ Filij Dei increatam personam, qua naturalis seruitus iue creationis, & conseruationis alioqui fundanda impediretur, catholice in Christo inouitarent.

5 Quid autem de Felice, & Elipando actum fuerit scire fortassis aueas. De Felice Ado Viennensi. anno 791. hæc habet. *Synodus iterum facta contra supra dictam hæresim in Francford. legatis Apostolica sedis præfidentibus Theophrasto, & Stephano Episcopis, & auctoritate sanctorum Petrum Conuictus, & damnatus est iterum Felix (videlicet post Ratisponensis Concilij damnationem, sorsaque apud Adrianum hæresis abiurationem, perpetuoque exilio apud Lugdunum relegatus est, quem seruit in ipso suo errore mortuum. Elipandum vero reuoluisse talis coniecturis tradidit Ambrosius Morus 13. histor. Hispan. cap. 26. Paulo firmioribus Mariana 7. de rebus Hispan. capite 8. Ioan. Auentinus vero historicè, nec coniecturaliter in suis Bocorum annalibus ubi hæc de Concilio Francford. Tertio ibidem damnata est hæresis Felicianæ, & Elipandianæ de adoptione filij Dei; omnesque subscribere sacerdotes, Elipandus agnoscenti errore venia data est, dignitas seruata. Atque laterandus Subdiaconus Toletanus post Tucinensis Diaconus Epistola ad Regimundum Eliberatum Episcopum reperta per nostrum eruditissimum Theologum Hieronymum de Higer in Bibliotheca Fuldeni scripta. Gratulator mihi, quod cum Tolero, ubi sub sanctissimo Præsule Bonito Toletano Subdiaconus fui, in Italiam proficere vel aliquot historie libros mecum adspiciui; in quibus erant erat collecta series multorum Hispania Episcoporum; qui in hac bibliotheca reperi Fuldeni, ubi exulabat iussu, et curâ Caroli Magni Imperatoris ex Hispania illatos, quosdam in illi obtulerat sanctissimus Elipandus Archiepiscopus Toletanus postquam illum erroris sui de adoptione Christi serui, & vel punitus.*

QVÆSTIO II

De minoritate, & subiectione Christi respectu Dei.

DIXIMVS negationem propriæ seruitutis effectum esse secundarium filiationis diuine, quæ est Filij naturalis Dei dignitate censeatur, atque persona submissa, qua seruitus propria vnità hypostaticæ humanitatis impediatur. Nunc autem examinamus an eadem vnitate persone filij Dei minoritas, & subiectione propria respectu Dei in Christo siue secundum humanitatem, siue absolute impediatur.

CERTAMEN I.

De minoritate, & subiectione Bassalatu.

IDEO primo Christus qua homo, vel secundum humanitatem minor est Deo, ac omnibus Trinitatis personis est de fide Ioan. 14. 28. *Pater maior me est, ad quæ August. 1. de Trinit. cap. 7. Veritas autem istius secundum istum modum, etiam se ipso minorem Filium quam modo enim non seipso minoris qui senectus sum exinaniam formam serui accipiens; & paucis interea latis: Est ergo Filius Dei Patri natura equalis habitu minor: in forma enim serui quam accepit minor est Patre. Concil. Tolet. 11. confess. h. d. sub med. in hoc, quod homo minor est Patre, item maior, & minor se ipso credendus est. In forma enim Dei etiam ipse Filius se ipso maior est, propter humanitatem assumptam: quæ diuinitas maior est, & post p. ca. secundum formam Dei equalis est Patri, & Spiritui sancto: quia nec Spiritus sanctus, nec Deus Pater, sed sola filij persona suscepit carnem per quam minor esse creditur illis personis duabus. obicit Beza illud qua homo posse sumi specificatiue æquè atque re-*

duplicatione: atque specificatiue quidem esse falsam, quia dicit personam in recto. respondet in hac, similibusque propositionibus sumi in sensu scripto, & dialectico: nempe reduplicatiuo: quasi specificatiua acceptio minus stricta, & dialectica foret. Melius ex nostra doctrina respondetur nomen homo, & substantiua absolute prolata naturam in recto significare, & non suppositum, seu personam, vt supposuit Concil. Toletan. 11. post primum testimonium dicens: *Secundum diuinitatem, qua equalis est Patri, & ipse, & Pater maior est homine, quem sola Filij persona suscepit.* vbi homo in recto humanitatem significat, est vero notandum: cum seipso maior, vel minor dicitur Christus addendum esse secundum diuinitatem maior, & secundum humanitatem minor: tum quia ita Augustinus, & Concilium Toletanum loquuntur: tum quia pronomen relatiuum *se* ex parte predicati positum refert idemmet, ac secundum eandem rationem, secundum quam positum ex parte subiecti fuerit, vt ex Concilio Alexandrin. recitatio certamine secundo, & ex bona grammatica liquet fati.

2. Maior est difficultas, an Christus absolute, ac sine reduplicatioue possit dici Pater minor; an saltem Deo minor, vel Spiritu sancto, seque ipso de primo Valq. disp. 80. cap. 1. Bernal. dist. 56. lectione 2. s. 1. Granados tract. 15. controversia prima, disputatione prima, numero secundo: asserunt Christum absolute dici posse Patre minore. Negant vero Soares disputatione 43. in præfatione §. 1. init. Eugo disputatione 28. numero 4. §. *Alij autem committunt.* quibus assentior. Probatur, quia nunquam Christus in Scriptura, aut patribus minor absolute dictus est, nisi cum addito secundum humanitatem, vel eius periphrasi. Probatur secundo, quia propositio, quæ in sensu proprio errorem continere potest, admittenda minime est absolute, sed solum cum explicatione, quæ omnem prorsus erroris occasionem, & amphibologiam depellit atque Christus minor est Patre absolute, ac sine addito *secundum humanitatem*, vel eius periphrasi, in sensu proprio potest errorem continere: ergo absolute, & sine præfatio addito, vel eius periphrasi admittenda minime est. Minor quæ sola in discursu hoc probationem desiderat, suadet. Quia licet minoritas positua vox sit, tamen absolute dicta de aliquo dicit absolute negationem æqualitatis ipsius cum alio; quo dicitur ille minor: ergo sensus huius propositionis *Christus est minor Patre absolute ac sine addito dictæ* hic erit: *Christus non est equalis Patri, siue non habet æqualitatem cum Patre.* Atqui hic est Arrianorum error formalissimus: ergo ea propositio in sensu proprio potest errorem continere.

3. Dicendum est tertio: Christus Deo, Spiritu sancto, seque ipso minor dici absolute nequit. Huic conclusioni neminem video repugare. Miror autem eos, qui secundæ conclusioni repugnant, huic tertiæ non contradicere: cum altera alteri necessaria consequentia connexa sit: nam ex Patre ad Deum, & Spiritum sanctum, ac Filium, valet in hac re consequentia. Eadem sunt conclusionis huius probationes, quæ pro secunda. Prima quia nusquam apud Scripturam, & Patres eiusmodi propositiones inueniuntur. Secunda: quia in sensu proprio continere Arrianismum possunt: aut dices contra vtramque conclusionem primo Ioan. 14. 28. absolute de se dixisse Christum *Maior me est Pater.* sine addito *secundum humanitatem.* Respondet dixisse tamen sine illius additi periphrasi: sic enim textus habet: *Si diligeretis me gauderetis utique quia uado ad Patrem: quia Pater maior me est.* At ad Patrem non uadebat, quia Deus, siue secundum Deitatem, secundum quam numquam à Patre recessit ullo sensu, sed secundum humanitatem, vt bene Adrianus supra pro filiatione naturali Christi secundum humanitatem contra Elipandum ex hoc loco arguebat disp. 1. q. 2. cui ibidem Francfordiensis Patres consonabant. Dices secundo contra rationem. Subiectio, & inferioritas, dicit etiam negationem æqualitatis

R. P. Christoph. de Oriega, de Dei incarnat.

cum eo, cui aliquis inferior, & subiectus est, & tamen admitti debet Christum inferiorem subiectumque Patri, ac Deo esse absolute: ergo, & absolute admitti debet esse Patre, ac Deo Christum minorem. Responderetur negando maiorem (quidquid sit de minori, de qua certè sequenti.) Nam subiectio, & inferioritas solum dicit existentiam inferioris, & subiecti in loco inferioris, siue spatij, siue dignitatis, aut potestatis, quod absolute potest competere eidem, quia sit in superiori etiam; vt patet in eo, qui duplicem præsentiam in loco inferiori vnam, in superiori aliam haberet. Tandem dicas quæcumque de Christo secundum humanitatem dicuntur dici per nos absolute de Christo possunt: sed intelligendum est, quoties non continent negationem prædicatorum, quæ Christo absolute competunt, licet ratione alterius nature.

4. Dico quarto Christus neque absolute, neque cum addito, *quatenus homo*, vel *secundum humanitatem*, dicendus est, Dei Patris, aut alterius, vel omnium personarum Trinitatis Bassallus, cove sensu illis subditus, vel subiectus. Hanc conclusionem Scholastici quos viderint, nec docent in terminis, nec disputant, qui tamen seruum Dei proprie secundum humanitatem Christum asserunt Bassallum etiam Dei, in quo minor, minusque sonans indecentia est asserere non dubitabant. Ob eamque causam nescio an omnes, qui seruituti propriæ succensent, æquè sint eius Bassallatum proprium Christi respectu Dei execraturi. Mihi tamen æquè ferè bassallatus, ac seruitus propria Christi secundum humanitatem stomachum mouet. Licet enim ab autoritate, atque Ecclesiæ definitione, quæ nullibi de hac extat adeo certa conclusio nostra non sit: quia neque hætenus expressis terminis, ab ullo hæterico dictum, neque in Ecclesiâ disputatum. Censeo tamen æquè, ac seruitorem propriam Christi secundum humanitatem damnandum ab Ecclesiâ bassallatum, eisdemque scripturæ testimoniis, & rationibus. Etenim non minus distingui adæquate debet bassallus à Principè suo; quam seruus à Domino: licet non æquè ignobilis bassallatus forma, ac proprie seruitutis forma sit: atqui Christus secundum humanitatem Filius naturalis Dei cum sit ex datis scripturæ, & Patrum testimoniis habet vnitatem, & identitatem cum Deo Patre, quam q. 1. expendebamus cert. 2. ergo nequit esse adhuc secundum humanitatem Dei bassallus. Confirmatur: quia nec Filius naturalis Regis, neque Filius vxor Regina in bassallatu sunt respectu Patris, & Mariti Regis.

CERTAMEN II.

De subiectione Christi respectu Dei.

1. Agimus iam, de subiectione, quæ nec seruitutis, nec bassallus sit, sed sine minoris decentiæ Filio naturali, indigna nota de qua dicendum est primo: Christum secundum humanitatem Deo, tribusque personis Trinitatis subditum, subiectumque, atque inferiorem esse, vt eius, earumque præceptis debeat obedire. Etenim minoris dignitatis secundum humanitatem quam Deus, ac Trinitas est etiam, vt filia naturalis Dei denominatiue: neque filiatio aufert humanitati dependentiam à Deo in esse, & conseruari: quare licet, nec seruus nec Bassallus Dei, Totiusque Trinitatis secundum humanitatem Christus sit: quia ea naturalis filiatio non comparitur; aut obediendi, præceptis obligationem, quæ in filiis etiam locum habet, nequit humanitas Christi, siue Christus, quia homo iure filiationis exuere. Est veritas Catholica Patribus, & Scholasticis in cõfesso: vt videre est in epist. Concilij Alexandr. quæ est decima

M m m Cyrilli,

Cyrilli eamque fusè probat Damasc. lib. de duabus Christi voluntatibus contra monothelitas. Nec refert eundem 4. de sid. c. 59. dixisse: *Neque, vt Deus, nec vt homo à Patre vnquam desertus est, nolens, nec peccatum, nec male dictum saluus est: nec Patri subijci neceffe habuit; intellige volenter, & cōctè, vt sequentia hæc ostendunt: qua autem homo nunquam contumax fuit, vt ei subiectione sit opus. vt bene obseruauit Vafq. vbi proximè n. 5. ex Naz. orat. 36. 4. de Theologia post n. 14. minoris adhuc refert profundius illud 1. Cor. 15. num. 28. Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc, & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. qua si ante iudicij diem Christus Deo subiectus non fuerit. Soar. d. sect. & §. vltimis id intelligit, non de subiectione noua Christi, sed de vocatione soli Deo peracta Ecclesie redemptione, & gubernatione, traditaque Deo in beatitudinem, qui finis suarum actionum fuit. Dixerat enim Paulus. *Utoporet illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus suis: Nam licet meritoria beatitatis actio Christi pro Ecclesia fuerit; est solius Dei, vt Deus, donatio est quare Christi quæ hominis merita, quibus omnes subiecit, ad eam donationem mouent Deum, non autem efficiunt; sed opus habent. Soarius explicare quoniam ea subiectione Christi tunc futura perficienda sit.**

2 Vafq. num. 6. docet, non fore nouam Ecclesie traditionem, sed publicationem, per publicam regni, siue parte Ecclesie traditionem in iudicis die; vt enim reprobo iam diu sub dæmonis ditione habito solemniori actu cunctos dæmoni traderet: ita etiā, & Deo iustos, suamque coronam in subiectionis signum coram demittet. Quadrat in textum explicatio hæc ex August. Theophilacto: dictumque à paulo fuit, ne quis omnium dominatu superbum Christum putaret aduersus patrem reuelaturum, sicut de Ioue contra Saturnum Patrem gentium fabellæ narrabant: Paulo aliter Bernal. ait significare ipsum humanitatis subiectionem antiquam continuandam, tunc etiam in adeo superba fortuna totius mundi ipsi Patris Dei potentia, & gratia, volentibus pluribus, nolentibus aliis, tandem subiugati, quin subiugationem antiquam detrectet. Aliam tertiam explanationem magis probauerat immediatè Vafq. & Naz. orat. 36. 4. de theolog. post num. 14. in id Luc. 1. & regni eius non erit finis. Nempè prædestinatorum, quorum aliqui ante illum diem subiectioni non fuerant, subiectionem tunc faciendam: in quibus tanquam in membris Christus subiicietur. Consonat Nyssenus cum origine dicens: *Ecclesie enim subiectione Christi subiectione est.*

3 Dicendum est secundo simpliciter, & absolute potest dici Christus subiectus Deo, ac Patri, Spiritui S. respectu autem filij non nisi cum addito *secundum humanitatem*, respectu autem sui ipsius cum duplici addito: subiectus secundum humanitatem sibi secundum diuinitatem dici debet. Prima pars est. S. Th. 3. p. q. 20. art. 1. ad 1. dicens conuenientius esse asserere, Deo subiectum esse Christum secundum humanitatem quam sine addito: quibus supponit sine addito esse conueniens. Maxime cum error Arrianus de inferioritate, & subiectione Christi secundum se totum respectu Dei, ob quod vitandum conuenientius cum addito dicebatur, tandiu cessarit, atque cum illo disconuenientia in propositione absoluta periculum: sicut, & in hac Christus est creatura, quæ iam potest communis, videnturque Arrianismo sine addito secundum humanitatem erat vitanda: atque ita expressè asserunt Vafq. Soar. Lugo locis citatis 1. q. vlt. ac Bernal. d. 57. sect. 1. §. 1. n. 5. Ratio est: quia quæcumque Christo secundum alteram naturam competunt, neque aliis contradicunt, quæ ipsi competunt secundum aliam absolute de illo dici queunt: vt esse creaturam. Secunda pars respectu filij probatur: quia sono tenus diuidit Christi personam *Verbumque* asserere videtur cum Nestorio *infantis Deum*, nisi cum addito propositio efferatur: Tertia partis ratio est: quia relatiuum *sui, sibi, se,* refert idem ipsum, quod præcessit: quare si absolute dicatur Christus sibi subiectus est, totus Christus subiectus dicitur; si autem secundum humanitatem subiectus sibi dicatur, secundum

humanitatem sibi subiectus denotabitur, secundum eandem, nisi addatur aliud secundum diuinitatem sibi subiectus secundum humanitatem est; Satis hæc contra à Concil. Alex. sunt epist. ad Nestor. 10. Cyril. prope med. apud. Ephes. 1. his verbis. *Sed neque Dei Patri verbum Christi Deum, aut Dominum nominamus: ne vnum vel sum Christum, & Filium, & Dominum in duos aperte diuidentem in blasphemie crimen (vt pote Deum ipsum sui ipsius constitutores) incidamus: Verbum enim Dei, vt sepe iam admodum, carni secundum hypostasim vnitum, & Deus est creatura omnium Dominus: sui autem ipsius, neque Dominus, neque creatura est. Ita enim sapere, aut dicere nil aliud est, quam negare desperes appellat quidem Patrem Deum suum, sicut Dei verum Deus sit, & ex paterna substantia genitum: non ignoramus tamen cum ipso quod Deus est, hominem quoque factum esse: prindeque secundum legem humane nature congruentem Deo subiectum esse. Interim, vt sui ipsius, vel Deus, vel Dominus sit, fieri nulla ratione potest: vt homo igitur, ad exinanitionis conditionem, quod spectat æquè ac nos Deo se subditum faceret. Ad hunc quoque modum sub lege factus prædicatur.*

4 Dices subditus ligari potest superioris præcepti atque Christi Deo præceptis, etiam qua homo ligari non potuit: ergo adhuc qua homo, subditus Deo, subiectusue Christus non fuit. Probatur minor, quia ex 1. ad Thimoth. 19. *iuisto lex posita non est, quæ in Galatas 3. 19. Propter transgressiones posita, dicitur. Cuius ratio est, quia lex, siue præceptum continet peccati comminationem, nisi obseruetur: Christo autem iusto, etiam qua homini, peccatum est impossibile, quare, & præcepti obligatio, & comminatio peccati. Negatur tamen minor. Ad probationem ex Paulo loquitur de lege veteri, quatenus id, quod naturalis inebat: quæ imposita fuit, quia omnes naturalem transgrediebantur: Si qui autem iusti erant, cum sine lege alia naturalem obseruarent, pro ipsis posita lex verus non fuit, quæ lata est pro transgressoribus. Comminationem tamen peccati nisi lex, vel præceptum obseruetur in lege non continetur, licet nisi obseruetur incurrat peccatum quod est eius transgressio; sed esto continetur: cum conditionata sit communicatio potest esse sub conditione impossibili, & quæ in hoc casu non pugnet cum absolute antecedenti Christi impeccabilitate. Instas: Præceptum natura sua practicum est, & directiuum operis, quod vel potest omitti, vel aliter fieri: Christus ratione impeccabilitatis nequit opus præceptum, vel aliter facere, vel committere: ergo neque ad illum potest dirigi præceptum: distinguo vltimam partem maioris: *Quod vel potest omitti, vel aliter fieri præcepto, nego maiorem, non posito, concedo maiorem.* Potuit autem Christus sine impeccabilitate antecedentis præiudicio opus præceptum, vel aliter facere, vel omittere præcepto non posito. Sed instabis: agnata Dei voluntate de opere à se præstando non potest Christus non illud exequi etiam non posito præcepto, ergo non potuit ad ipsum dirigi præceptum iuxta nostram solutionem: item imprudenter præcipitur Christo à Deo quod alias sine præcepto præstandum à Christo non potest. Resp. distinguendo antecedens. voluntati Dei efficaci est verum; sed implicat in terminis: nam hæc cognata ac reuelata est præceptum Dei Christo intimatum, si non sit voluntate Dei efficaci, sed complacentia præter opus omittere; sed esto non potest tamen illud præcepto non illud præstaret ex formali obedientia virtute, & intrinseca laudabilitate, & merito excusationis: quare neganda est consequentia: nam aliter sine præcepto opus præstaret, neganda item secundas præcedenter enim superior præcepti subdito, quod alias fueraturum nouit, uti illud ex obedientia etiam virtute exequatur; vt quotidie videmus.*



QVÆSTIO III.

Quanam præcepta Christus à Deo habuerit.

HIC non solum de præceptis positivis Dei, sed & naturalibus agemus: quæ licet propriè imposita à Deo non sint, sed solum quatenus naturæ rationalis à qua dictantur, est conditor, tamen in eis dictamina naturæ rationalis creatæ imitationes, & participationes sunt diuinorum. primo ergo agemus de præceptis naturalibus, quæ Christus homo habuerit præsertim de morte pro hominibus obeunda: secundo an salutem rei huius habuerit præceptum diuinum. Tertio demum: an de omnibus aliis præceptum diuinum habuerit.

CERTAMEN I.

Præcepta naturalia omnia habuit Christus, qua homo, non tamen mortis pro hominibus, aliter etiam non redimendis.

I Christum Dominum qua hominem, teneri præceptis naturalibus non mentendi, non peierandi, & similibus, atque vniuersim non faciendi quicquid intrinsecè malum est controuersæ, ac disputatione non patet: eis quippè, non qua homo solum, sed qua Deus tenetur. Cùm enim naturalia præcepta solum dicant dictamen rationis naturalis, non autem ordinem ad superiorem præcipientem, ut controu. de legibus dicebamus: licet Deus supremus omnium Dominus sit, nullique possit esse subiectus: eo præcisè, quod rationis rectum, imò perfectissimum dictamen habeat, eis naturalibus præceptis tenetur: qua peroratione Deus in naturali lege, præceptisque dispensare queat, quin dispensatio obligationi, quam Deus habet se conformandi legi naturali aduersetur, diximus controuersia eadem. Tota ergo de præceptis naturalibus difficultas respectu Christi qua hominis in eo stat, an scilicet habuerit absolutè præceptum naturale mortis pro hominum redemptione obeunda? saltemvè ex suppositione quod aliter redimi homines non possent: Soar. disputatione 46. sectione 3. Ragusa t. 2. disputatione 14. §. *Quæri uero non immerito*, docent absolutè eiusmodi naturale præceptum habuisse, qua hominem Christum. Bernal. disputatione 57. sectione 4. §. 2. licet eis non omnino consentiat; ast ex suppositione, quod aliter homines redimendi non forent censet Christum, qua hominem præcepto naturali obeunda pro eorum redemptione mortis obnoxium fuisse.

2. Dico primo Christus non habuit præceptum naturale moriendi est Bartolom. Medina 3. part. quæst. 43. artic. 2. conclus. 1. Petri Hurtado disp. 77. sect. 4. aliorumque apud ipsum Recentiorum, Bernal. ubi proximè. Ratio facilis: quia nemo ex vlla virtute tenetur cum propriæ vitæ dispendio summum aliorum, vel damnum reparare, vel bonum prouidere, quod alias reparari, vel prouideri potest, sine illo: atqui redemptio hominum à peccatis, eorumque in salutem, ac supremam beatitatem assertio, sine vitæ Christi dispendio peragi poterat: ergo, nec tenebatur Christus homines reparare, atque in beatitudinem vindicare propriæ vitæ dispendio: quare neque pro illis mortem

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

opperere. Minor est perspicua: nam poterat Deus peccata gratuito remittere, gratiam infundere beatitudinemque homines donare, vel ea omnia ob cuiusvis actus meritorij Christi titulum præstare, quin morti se Christus traderet: cum inquitulo cuiusvis Christi actui meritum addit infinitum; id autem Ilat. 63. 10. *Si posuerit pro peccato animam suam videbit semen longeuum*. conditionem non ex necessitate redemptionis, sed liberè adhibitam continet; acquid sub ea faciendum erat, non autem sine illa faciendum non esse ostendit: quod autem Cyrill. Alex. 1. de recta fide ad Reginas tit. *quod mors Christi salutaris fuerit*. Proclus Ziczenus hom. de Christi natiuitate tract. vel pagina 6. Concilij Ephes. Leo. 1. sermone de Christi transfiguratione ad id *Bonum est nos hic esse*. & sermone 1. de passione Pseudo-Cyprian. libro de Cardinalibus Christi operibus, dicant dominum peccatis nullum nisi in Christi morte redemptum esse posse ex vi præsentis decreti non aliter redimendi, saluandique homines, quod posterius natura incarnatione, atque acceptatione præcepti à Christo de morte obeunda fuit: etenim, ut diximus controuersia prima decretum incarnationis non fuit ex fine redimendi homines per merita Christi efficaciter ab solutè intento, sed inefficaciter solum, vel ut summum efficaciter conditionatè.

3. Dico secundo: nec si aliter homines redimi, saluarique non possent teneretur Christus naturali præcepto mortis obeunda. Ita Hurtado, & Medina citatis est tamen contra Bernalem etiam proximè probauit conclusionem Medina: quia æstimabilius pro minus æstimabili perdere nemo iure naturæ tenetur: atqui Christi vita salute, & beatitudine nostra æstimabilior est: ergo nullo naturæ iure pro eis tenebatur Christus vitam ponere: impugnat Hurtado: quia inde inferretur Christum pro eis non fuisse quidem vitam, sed prodigè profudisse, nisi ad id teneretur. sed se impugnat, & malè quia multa nobis præciosa quam sit alienum peccati malum, possumus sine prodigalitate perdere, ut vitetur peccatum alienum, quin ad id iure naturæ teneamur; maximè cum ex motiuo Charitatis Dei præstatur, in cuius obsequium vitam fundere, etiam non sine alio fructu, non profusio, sed cura pietatis debitæ professio est. Negat secundo minorem: quia quod amittitur Christi morte, est vnio animæ cum corpore non autem vniuersæque ad verbum, quæ sola æstimabilior est malo peccati alieni. Impugnat solutionem Bernal. quia vnio hypostatica est totius compositi immediatè non partium, quæ proinde cum composito perit. Sed supponit falsum impugnat, ut vidimus controuersia prima: melius impugnaret: quia pereunte vnione animæ, & corporis, periret vnio ipsius hypostatica, quod probabilius asseritur. Impugnat secundo melius quia quicquid de hoc fit vita illa quæ ponenda est vita erat Dei, quare & æstimabilior. Secundo maiorem Hurtado distinguit, quam de propria, & absoluta æstimabilioris perditione, scilicet in perpetuum, concedit, de impropria, & ad tempus, qualis fuit vitæ Christi perditio, negat & inde consequentiam, sed certè nisi vita perditæ Christi pro nostris malis ad tempus solum æstimabilior illis sit non erit superabundans redemptio; si autem, neque æquè æstimabilis (quod satis ad argumentum esset) non erit redemptio sufficiens contra fidei dogmata. Quarto respondet Bernal. posse æstimabilioris iacturam à Deo; ad inæstimabilioris lucrum ordinari: quare, & à nobis, ac Christo maximè, si in eo Dei voluntati conformetur; sed nulla solutio. Non enim dubitatur an posset maximè, posita Dei voluntate efficaci: solumque contendit Medina non deberi iure naturæ: quare eius ratio post tot tentatas solutiones perit.

4. Hurtado specialiter probat: quia Christus iudex hominum omnium erat à Deo constitutus: sed iudex non tenetur villo naturæ iure delinquentes

M m m 2 quentes

Quentes liberare, ergo nec Christus, homines peccatores. Impugnat Bern. quia iudiciaria potestas in homines, non nisi post mortem data Christo fuit: nam rediuius primus dixit Matth. vlt. 18. *Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra.* Sed fallitur: nam hic locus non est adeo specialis de iudiciaria potestate; atque ille ante mortem ab ipso dicitur *omne iudicium dedit Filio quia filius hominis est.* Neque in primo tempore donationis designat illud ipsum, quo loquitur. Responder secundo: non liberare à miseria peccati homines, cum id præstari potest, intrinsece esse malum, & quod in Deo sine culpa euepire sola fide creditur: quare iudiciariam potestatem Christo communicari à Deo cum potestate non liberandi peccatores licite non potuisse, quod secus habet in iudiciaria potestate humana, quæ sola ad punitionem delictorum data est. Sed contra: quia si intrinsece malum est non liberare delinquentem à miseria eum qui potest, nequit esse de fide licitum id Deo esse. Secundo id non sola fide, sed naturali ratione ostenditur Deo licere ex iudiciaria summa potestate. Nam de ratione potestatis iudiciariæ, est licite posse nocentes punire. Vnde constat rursus non esse intrinsece malum non liberari reum à iudice à quo posset, si iuxta merita puniat. Melius impugnatur: quia potestas iudiciaria Christi solum est circa bonum, vel malum vsum gratiæ redemptionis ab ipso paratæ hominibus iudicandis: quare proprii naturæ ad redemptionem ipsam supponi debet titulus, ob quem licite possit non redimere, quos redimit, qui nequit esse iudiciariæ potestatis vsum, qui non nisi post illam, & bonum, vel malum gratiæ vsum esse potest.

5 Solida ergo Medinæ ratio est ad redemptionem siue satisfactionem Christi pro hominibus re etiam oblata, quam controu. de merito, & satisfactione statuemus. Secundo proba conclusionem vniuersim, quia neque titulo charitatis erga Deum tenetur Christus vitam pro liberandis hominibus à peccato profundere: eum Dei nil referat nationes omnes saluari, vel perire teste Iob: quare nisi Dei voluntas efficac supponatur, quæ intimata præceptum est, ex Dei charitate nulla esse obligatio potest: tunc autem iure naturæ non erit sed nec ex charitate, aut misericordia erga homines potest obligatio consistere; hi enim tituli solum vrgent in casu extremæ necessitatis, in quo transeunt ad titulum iustitiæ, quæ aliorum bona extremè indigentis faciunt: Atqui hic titulus non potuit Christum vrgere. Nulla quippè quantumvis extrema necessitas dat ius indigentibus ad vitam alterius effundendam, vt ipsis succurratur. Vnde nec bonum reipublicæ commune delinquentes obligat, etiam perditissimæ, vt mortem non fugiant si possint, ac proinde licite fugiunt, atq; à propinquis occultantur. Hinc vt optimè de republica meriti laudantur, qui pro ipsius commodo, aut libertate, se vltro morti tradiderunt: quia nulla obligatione, soloque patriæ amore tantum facinus peregerint: ius ergo in alterius vitam solius supremi dominij diuini est. Tertio probatur: quia Christus etiam qua homo, superius longè humanis dominium, & regnum habuit: qua Deus vero fuit peccatis hominum suo modo offensus: nullus autem Rex aut delicto offensus tenetur propria morte Bassalos præsertim sui offensores liberare; vt his præsertim titulis Christi erga homines charitas commendetur quod nulla obligatione præceptum de morte obeunda, quod liberè posset non acceptare, vt mox vdebimus acceptari, mortemque ipsam pro Bassalis, atque sibi inferens hominibus oppetierit.

CERTAMEN II.

Christus, obeunda pro hominibus mortis præceptum postinum diuinum habuit.

1 Magister Victoria vsque adeo in omnibus suis operibus liberum Christum voluit, vt nullam etiam præcepti positiui, nedum naturalis, diuini, obeundæ mortis obligationem in Christo faceret. Ita ex ipso refert, probabileque reputat Bartol. Medina 3. part. quæst. 43. art. 2. ex quo sententiam, & rationes mutatus est Lorca dispu. 3. de incarnat. quibus ex nostris accessere Ioannes Anthonius Velasquez, ad Philipp. numer. 815. & 16. ac Ludouicus Roa. manuscripto in epist. ad Ephes. cap. 1. num. 13. quæst. 15. apud Pecum Hurtado. Referuntur item à Lorca antiqui nonnulli subobscurè loquentes, dubiaque proinde fide. Nulla vero conclusio reliquorum omnium Theologorum, vt scripturæ interpretum est. Probatur: quia voluntas Dei, vt Christus oblatam ab hostibus mortem non refugeret sed pro hominum salute acceptaret, vbi primum ipse intimata fuit præceptum est, diciturque in scriptura Ioan. 10. n. 19. *Hoc mandatum accepi à Patre meo.* cap. 14. num. 31. *Sicut mandatum dedit mihi Pater (eundi ad ipsum per mortem) sic facio.* Psalm. 39. num. 9. *In scripturis tuis scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus Volui, & legem tuam in medio cordis mei: id quod al rem hanc Paulus ad Hæbr. 10 dices hæc omnia de mandato, ac præcepto laxè sumpto intelligenda esse, licet plura alia scripturæ loca. Verum alibi ratione materia ita intelligenda sunt: aut in casu nostro materia id non suadet: cum neque Christo, qua homini, præceptum hoc vllam indecentiam afferat, neque in acceptanda morte illius auferat meritum, ac libertatem, vt videbimus controu. de merito Christi mirari autem hic est Lorcam qui ideo laxè hæc interpretanda contendit, quia si strictum præceptum intelligatur acceptationis huius libertas aboleretur: tum tamen nec physica prædeterminatione nec aliis naturalibus præceptis, quæ in Christo recognoscit aboleri arbitretur pro quibus nihil responderet, quod pro præcepto obeundæ mortis æque non satisfaciatur. Confirmatur: quia Dei ad Christum qua hominem præcepta adeo strictè intelligenda esse, quæ Christi præcepta ad discipulos satis clarè ipse docuit Ioan. 13. n. 10. dicens: *Si præcepta mea serauerint manebitis in dilectione mea: sicut & ego Patris mei præcepta seruauit, & maneo in eius dilectione.**

5 Dices ex Basilio, illud mandatum, seu præceptum de morte intelligendum improprie de communicatione diuini decreti de illa per generationem sine processione æternam, cuius rei rationem videtur tam ipse quam Chrysostr. homil. 56. 68. & 75. & commentar. in locum illum reddidisse, quia Legislator subditus legi non est: sed tamen interpretatio illa Arrianorum est non asserta ab his Patribus sed permissa, meritoque non asserta: etenim decreta libera non præsupponantur, vt talia præhabita natura, siue origine à Patre ad processiones: alioqui processiones illarum præsuppositiua liberæ forent: secundo valde absurdum est ea præcepti, & mandati usurpatio, & qua Spiritus sanctus mandatum præceptumque aduentus ad discipulos in pentecoste præceptum accepisse habundatque à Patre, & Filio, à quibus procedit, dici æque posset, atque Christus obeunda, acceptandæque mortis pro hominibus præceptum à Deo habuerit: cum sui illius aduentus decretum ab vtroque per processionem accepit. Tertio vt Deus est Christus accipitque per processionem decretum de morte sua, vt homo est, nequit adhuc improprie accipere mandatum, seu præceptum. Sic enim fert præceptum, non accipit, etiam improprie. Is enim solum accipit, qui exequi illum potest: non potest autem exequi qui-

tenus à patre procedit nisi Ariano sensu, qui creaturam Dei Verbum blasphemabant; quare præceptum de morte sua, etiam improprium, vt homo solum accepisse dici Christus potest. Denique ipsa Basilij, & Chrysoctomi ratio impropria præcepti acceptionem permittentium probat respectu Christi, qua homo est, propria esse. Aiebant enim non fuisse præceptum strictè de morte ad Christum, quia legislator subditus legi non est. At hoc solum probat de Christo, qua Deus, & Verbum est, non autem, qua est homo. Dices secundo. Immediatè ad illud Ioan. 10. 19. *Hoc mandatum accepi à patre meo, dixisse Christum num. 18. se libere moriturum, nullaque obligatione, illis verbis: Potestatem habeo ponendi animam meam: & potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo enim tollit à me, sed ego pono eam à me ipso.* Respondetur facillè solum dicere se nulla homini violentia moriturum inuitum, sed sua voluntate, atque Patris præcepto obtemperantem, vt statim subiunxit cum quo etiam in vltimo instanti stare libertatem acceptantis Christi mortem ab hostibus oblatam constabit controu. sequenti.

3. Probatur rursus ex 2. ad Philip. num. 8. *Humilitatis semetipsum factus obediens usque ad mortem.* Vbi obedientiam æque propriam, atque humilationem Christi in sua morte recognoscunt Patres, & interpretes omnes. Atque Agatho Pæp. ad Imperatores. col. 5. apud 6. Synod. ex Ambrosio obedientiam Patri à Christo exhibitam in morte acceptanda non esse sicut illam, quam patri voluntariè spontaneè, neque obligatoriè, exhibebat, affirmat, vt ex præcepto, & obligatoriè illà fuisse demonstrat. Suique interpres Paulus ad Rom. 5. 19. ait: *sicut per vnus in obedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per vnus obedientiam iusti constituuntur multi.* at qui vnus inobediens, à Adam, scilicet, fuit transgressio præcepti: ergo illi opposita obedientia Christi in morte acceptanda fuit præcepti obseruatio quin à perfectissima, formalissimaque obedientia Christum occubuisse docent Patres, & Catholici omnes: quæ sane sine præcepto esse non potest. Discursum integrum aureis hæc verbis clausit. B. Laurentius Iustin. opusc. de contemptu mundi. *Duplex præceptum primum homo habuit, vnum nature ad custodiendum bonum datum alterum discipline ad promerendum bonum promissum, quod quidem bonum melius non poterat mereri, quam per puram obedientiam, qua tunc mera est, quando præceptum ex se obligat, & non ex alia causa. moxque: Hanc obedientiam experimento operis Christus didicit: hanc consummatus in cruce compleuit. At iniquis obedientiam perfectissimam non expectare superioris præceptum, sed solius voluntatis ipsius notitiam. Sic enim habet. S. Th. 2. 2. q. 104. a. 2. *voluntas superioris quomodocumque innotescat est quoddam tacitum præceptum, & tanto videtur obedientia promptior, quanto expressum præceptum obediendo præuenit, voluntate tamen superioris intellecta.* Nosterque sanctissimus Patriarcha Ignatius 6. p. constit. c. 1. §. 1. *omnes obedientiam plurimum obseruare, & in ea excellere studeant. Nec solum in rebus obligatoriis, sed etiam in aliis: licet nihil aliud, quam signum voluntatis superioris, sine vilo expresso præcepto, videretur. sed S. Th. non ait tunc esse obedientiam propriam, & perfectiorem, sed promptiorem videri: id quod ad animi ad obediendum promptitudinem spectat, non ad obedientiæ proprietatem, quæ non nisi ex præcepto exercetur, vt inquit. S. Th. dum, vt actum præuenientem obedientiam vt-cumque vocet, voluntatem superioris agnitam tacitum quoddam præceptum appellat, idest certum genus præcepti, quemadmodum ex Naz. vita sancta quadam patenest, siue exhortatoria ad virtutem appellatur. Id ipsum voluit. S. Ignatius scilicet executionem voluntatis superioris nondum præcipiens cognita obedientis promptissimi signum esse, ac vt medium insuper obedientiæ propriæ, ac perfectissimæ obtinendæ appositissimum apponit: sicuti, & conformitatem iudicij nostri cum iudicio superioris, quam supremum obedientiæ gradum vocat; sed tamen extensione quadam eius vocis obedientiæ se loqui faterur aurea illa sua epistola de obedientiæ virtute.**

4. Tertio præter Pauli, & Ioannis professos interpretes addendi sunt plures Patres, doctoresque grauissimi eorum loca cursum ita intelligentes. Insuper Dyonis. Areop. 4. de cœlesti Hierarch dicens: *verbum, cum inditum carnem venisset, ab eo præteritè hominis dignissimo, quem ipse Deus præscripsisset, atque elegisset non desisse animaduer-to. Sed persuasum facilem Paris, ac Dei per Angelos circa eius vitam dispositionibus subici. post pauca. eundemque per Angelos paternis legislationibus, seu legibus subiectum tenuimus. Athanal. serm. in illud *Animam turbata est.* relatus à 6. Synodo act. 15. sine de naturali Christi à morte præcepta auersione nostræ à difficultibus præceptis simili agens sic ait: *ergo, & in Domino aduersitatem quidem oportebat fieri à carne, obedientiam vero vincere, quamuis enim Deus est, veram in carne, & secundum carnem obedientiam complet, & voluntati carnis voluntas præuilet Deitatis. Post pauca & ita hominum inobedientia soluntur per hanc admirabilem obedientiam, qua Christus obediuit pro nobis. Anselm. 1. cur Deus homo. c. 9. *Potest etiam dici, quia præcepti illi mori Pater, cum hoc præcepto Pater vnde incurretet. mortem, nempe vt oblatam ab inimicis non renueret, sed acceptaret. Hinc constat quid c. 8. negauerat, cum mortem Christo præceptam negauit: scilicet mortem sibi conficeret, atque inferret id ipsum docet Ambros. 10. de fide. c. 20. videndus tandem August. tract. 79. in Ioan. circa fin. tract. 82. à med. in id Ioan. 14. num. 10. *si præcepta mea seruaueritis, 15. de ciuit. c. 15. dicens præceptam Adamo abstinentiam, Abrahamo filij necem, Christo mortem; horumque laudatam obedientiam illius inobedientiæ opponit. Ac. 1. 9. toto libro contra Ieron. Arrianor. præsertim. c. 10. multa, à Christo, etiam mortem, præsertim à Patris præcepto, & voluntate docet: ac mortem lubuisse ex Dei præcepto. c. 6. & 7. per totum præcipuè a. §. 43. ubi ait *voluntate, & præcepto Patris ad passionem, & mortem properauit: probaturque ex illo Non sicut ego volo, sed sicut tuus; & ex illo factus obediens usque ad mortem, quin ex eo probat Patris, & filij, qua homo est, diuersus, idest inæquales, esse naturas, quia obediens Patri ostenditur filius, quod ex conformitate eius cum ex Patris voluntate non probabatur, sed solum ex conformitate ipsius cum Patris præcepto; quæ solum inferioritatem naturæ filij, qua hominis, respectu naturæ Patris cunctit. Indeque tandem ait Adamum faciendo voluntatem suam contra Dei voluntatem, id est præceptum, mundum perdidisse, Christum vero non faciendo voluntatem suam contra Dei voluntatem, idest præceptum, sed potius Dei voluntatem, & præceptum mundum reparasse. Ne tamen Ariani colligerent ex Christi Dei filij obedientia stricta Dei præcepto proprio, qua Dei Filium esse inferioris naturæ respectu Patris, non autem æqualis, & eiusdem cum illo concludit: tamen obedientia in illo, que contraria est inobedientiæ secundum id quod homo est, commendatur.*****

5. Id tamen Christi, qua hominis decentiæ, ex imioque eius cum erga Deum, tum erga humanum genus amori in hoc aliisque sibi impositis à Deo præceptis merito damus: vt ea primum dependentè à libera ipsius acceptione Deus imposuerit; non tam in ita, vt eorum executio, (v.g. mortis acceptatio,) præcepti de ea acceptanda, acceptatio sub qua à Deo impositum sit, (vt nonnulli antiquæ difficultatis de merito Christi seruando in operibus præceptis nouiter excogitarunt, quos assatim coram impugnauimus argumentis dandis controu. de merito Christi) putetur sed acceptatio cum primum imponebatur, atque intimabatur natura præceptorum executionem antecedens. Similiter intelligendum non est ita impositum esse sub conditione acceptionis, vt pro quouis instanti libere acceptare posset, ac petere relaxationem à Deo post acceptionem cum primum impositum, & acceptatum à Christo fuit, vt Lugo, Vvadingo, & Bernal. eodem loco referandi existimauerunt. Id enim minore existimationem de Christi constantia in Deo sic imponente, atque in Christo inconstantiam inde coram argueret, imo impossibilem. Nimirum acceptati præcepti cum plena, perfectissimaque omnium circumstantiarum

tiarum cognitione relaxationem peti à Christo posse, tentarique reculatione fugam. Sed enim maiori difficultatis præfate metu quam momento aguntur. Putant enim cogitatum suum illis Matth. 26. verbis contineri: *An putas, quia non possum rogare Patrem, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum?* Non posset autem, inquit, tunc rogare Patrem, & liberationem sui à morte impetrare, si semel acceptato de illa obeunda præcepto pro eo etiam instanti liber ad acceptandum rursus non esset, vel ad petendam præcepti illius relaxationem à Patre. Solut tamen Maldonatus anticipatæ objectionem hac docta paraphrasi. *Putasne? si non sciuissim decreuim esse à Patre meo, ut morerer, non potuissim me duodecim legiones Angelorum ab eo petere, eumque mihi daturum fuisse?* At inquit paulo ante dixisse Maldonatum. *Duplex Calvinistarum error his verbis consuetur: & Christum necessario mortuum &c.* ergo error Calvinistarum est Christum mortuum cogente præcepto: quare solutio data ex ipso alium sensum habet. Sed in primis verba prima Maldonati alium sensum non patiuntur: quare potius credi deberet in viro, si quis alius, constantia, & consequentia laude præstantissimo, verba antecedentia alium, quam intendi ab aduersariis possit, sensum continere, & verè quidem habere. Nam necessitas Calvinistica, & facti, & violentia inimicorum cædentium Christum inuitum erat, non autem præcepti necessitas, & obligatio, & sanè eo solum sensu loquutum Christum, Petri, qui sermone occasionem dedit factum exigebat ipse enim, ac si inuitus Christus hostium potentia, ac non magis Dei, suaque voluntate opprimendus foret, ferro stricto agendum putabat. Secundo: cum tempus morti præceptæ præfinitum non vltimo instaret, tunc poterat sui comprehensionem differre, rogareque Patrem, ut notanter dictum videatur, & exhibebit mihi modo non postea.

CERTAMEN III.

De multis aliis præcepta diuina Christus habuit, qua homo, non de omnibus, qua gessit dum viveret?

Toletus noster in Ioan. 10. num. 18. *Hoc mandatum accipi à Patre* annotat. 16. §. *scilicet prima conclusio.* & in Ioan. 12. num. 49. *ex me ipso non sum locutus.* Maldonat. ad eadem loca Alvarez de auxiliis lib. 12. d. 22. num. 18. & de incarnat. d. 46. num. 12. æstimant opera omnia cum suis circumstantiis à Christo præfita, dum apud nos vixit, ipsi à Deo præcepta fuisse. Citatur etiam à nonnullis Soar. d. 37. sect. 3. §. *Hæc responsio:* falso tamen, ut sequentibus paraphrasi patet. Contra vero non omnia à Christo exhibitæ, quandiu mortalis vixit, præcepta à Deo fuisse docent. S. Th. q. 9. de veritat. 3. ad 1. in 3. q. 1. a. 2. ad 3. ac 3. p. q. 18. a. 4. ad 3. asserens Christum non fuisse determinatum ad bonum in particulari. Fonseca apud Bernal. citandum. Vasquez. d. 74. Lessius de libertate Christi sect. 3. num. 49. Soar. sect. 4. §. *Tertio de actibus.* Monæus. d. 9. Petr. Hurt. d. 77. sect. 7. Bernal. d. 57. sect. 5. §. 2. & 3. ij tamen omnes de actionibus internis cum suis circumstantiis solummodo loquuntur, dum præceptas Christo à Deo negant, ne illorum libertas, & meritum aboleatur. De externis vero operationibus nihil curant, distinctius tamen à nobis de omnibus, & singulis siue internis, siue externis Christi hominis operationibus versanda quæstio est, ac definienda.

2 Dico primo omnes externæ Christi actiones cum circumstantiis, quæ Iudæorum inuidiam conciliarunt, ac Christi eadem disponere occasionaliter poterant, v. g. prædicatio, præcipue suæ diuinitatis, iustitiæ, & san-

ctitatis obseruandæ zelus, Iudæorum, & Phariseorum reprehensiones, & similes in talibus occasionibus præceptæ fuerunt Christo homini à Deo, est expressa sententia Anselmi 1. *cur Deus homo c. 9. init.* aientis. *Non bene discernis inter hoc, quod fecit exigente obedientia, & quod sibi factum, quia seruauit obedientiam. Cur persequi iussit eum Iudæi vsque ad mortem? non ob aliud nisi, quia veritatem, & iustitiam viuendo, & loquendo indeclinabiliter tenuit, & c. inferius spontè sustinuit mortem, non per obedientiam deserendi vitam, à se quod dicit præceptum se occidendi, sed propter obedientiam seruandi iustitiam, in qua iam periter perseuerauit, ut inde mortem incurretet. de suæ dignitatis prædicatione facile probatur: quia ad salutem, & reparationem hominum incarnatione intentam medium necessarium fides Christi Mediatoris est, quæ nisi eius prædicatione non haberetur. Secundo quia et de re Christus loquens Ioan. 12. 42. aiebat. *Ego ex me ipso loquutus sum nihil: sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar.* quæ licet à Christo de se, vt verbo, dicta, ad denotandam processionem à Patre interpretentur Græci aliquot Patres, atque Aug. sicut, & illud Ioan. 16. num. 13. *Non enim apparuit à semetipso.* vt eius monstretur processio; occidit tamen, ac verba de se, vt homine loquutum ostendunt, asserereque se ea, quæ humanè fuerat de sui diuinitate locutus, in Patris mandatis habere etiam, quia Deus est mandatum Patris nullum habere potest.*

3 Dico secundo nullus actus internus in individuo cum motiuo, & circumstantiis omnibus fuit à Deo præceptus Christo. Ratio est: quia licet præcepto actus externi secundario precipiatur actus necessarius internus, vt externus notatur: cum tamen pluribus internis, & ex pluribus notiuus, & circumstantiis potius quæ, nullus in individuo, atque in his circumstantiis, & motiuo hoc necessarius est: quare nullus præcepto actus externi secundario Christo præceptus fuit determinatus. Sed nec primario, & directè. Primo, quia neque aliis hominibus ita actus interni à Deo præcipiuntur, nedum Christo, quia homini etiam, suo naturali filio, vt verbo concludione. 3. secundo: quia, vt articulo. 2. num. 5. obseruabam ipsa mortis acceptatio à Deo ad hominum reparationem intentam necessaria absolute, & independentè à Christi acceptatione præcepta Christo non fuit: ergo multo minus hæc in diuina acceptatio cum hoc motiuo, & circumstantiis sed integra hæc Christi libertati fuerunt. Tertio: quia alias si ea omnia præcepta sunt Christi aboleretur libertas. Licet autem in mortis obeunda præcepto sit præceptum negatiuum non refugendi mortem oblatam, nec solum acceptandi: tamen, si pura omnia impossibilis sit voluntati, sono tenus præceptum negatiuum est: si autem pura ommissio sit possibilis, licet omnium actuum recusantium collectiue, ac simul omissiones præcipiantur; at, vt acutè iam Recentiores admittunt, quæuis ommissio pura interna ex hoc, vel illo motiuo esse potest, quod satis ad Christi meritum erit.


4 Dico tertio. Neque alij actus externi ab enumeratis præceptis Christo homini fuere. Probatur: quia præcipi omnes potuerunt, vt de facto præcepti obseruantur, fundamentum in scriptura, & Patribus desideratur. Secundo: quia oportuit Christum non solum in operibus præcepti, sed consilij etiam nobis exemplo præluxisse: si autem externa omnia præcepta ei fuissent id præstare minimè posset. Tertio: quia, nisi Christus præceptum haberet nihil præstandi in Dei obsequium propter ea, quæ ipsi à Deo præcipiebantur autè, minimis, cum Deo se Christus gereret, nihil præcepti præcepta opera in Dei obsequium præstando: At vero eiusmodi præceptum non habuisse, vel inde satis constat, quod nullum eiusmodi præcepti, vel leuiter impressum in scriptura, aut Patribus vestigium apparet. Secundo durius, indecentiusque se gessisset Deus cum Christo homine, quam par esset: non enim nisi incho, ignaroque subdito eiusmodi præceptum imponitur.

Tertio: cum ad Christi decentiam præceptum de re necessarium ad hominum reparationem, nempe de morte obedienda, non nisi dependenter à Christi libertate, & acceptatione larum à Deo fuerit: quoniam pacto omnia opera Christi præcepta à Deo credamus? quæ omnia secundam etiam conclusionem, æqueque de actibus internis, non omnes præceptos Christo fuisse suadent.

5 Firmiora hæc pro conclusione tertia, quam illud Petri Hurtado quod si tantum iussa Patris Christus præstitisset, quia omnia ei à Patre præcepta forent, seruis inutilis Christus, qua homo, fuisse; ex parabola serui inutilis, & sententia Christi Lucæ. 17. num. 7. sic & vos cum seruis hæc omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite seruis inutilis sumus: quod debemus facere fecimus. iuxta interpretationem Maldonati ibi num. 10. Salmeron. tract. 7. & tractat. 30. numer. 10. ex origine. t. 2. lib. 3. in epist. ad Roman. fol. 3. cæterum iuxta alios plures tota parabola, & sententia à Christo inducitur, vt discipulos ab inani bene gestorum, & miraculorum per ipsos patratorem abducatur gloria: ad quæ paranda immediatè fecerat copiam verbis illis: si habueritis fidem sicut granum Synapi, ac de quibus gloriabundi redierant ad Christum c. 30. num. 18. etiam demonia subiciuntur nobis, quo sensu nihil ad intentum ex parabola, & sententia Christi deducitur. Sed illa admissa interpretatione: Christi adhortatio ad eos est, qui ex pigritia, ac negligentia ex iis quæ præter præcepta possent nihil in Dei obsequium præstant: ostendunt enim præcepta non ex Domini amore, sed è seruii metu se præstare. Si autem omnia ipsi, sicut Christo aduersarij volunt præcepta à Domino essent, nihil præterea præstare illi possent in Domini obsequium. quocirca impossibilitati, non vero negligentia, aut pigritia aliorum obsequiorum omisio verteretur: quare nec præceptorum omnium executio seruii metui, non amor erga Dominum, verteretur: ac proinde seruorum inutilium infamiam declinarent, sicut, & in casu simili Christus, & quidem, cum posse à Deo omnia præcipi homini Christo certum sit, si quid argumentum probaret, probaret sanè contra Hurtado Christum qua hominem inutilem seruum esse aliquando posse, quod est valde ipsi iniurium.

6 Tamque has extremas conclusiones impugnant lenia sunt. Præcipuum est illud Ioan. 12. 49. quod pro conclus. r. abducebamus, solumque probat de operibus in illa contentis. Secundo opponitur illud ex c. 26. exodi. num. 40. vbi ad Moysem Deus inquit, & fac in tabernaculi fabrica, secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. fuit autem, inquit, ad Moysem tabernaculum, quod Ecclesiæ erat, vel vmbra, vel Typus, Ecclesiæ tabernaculum non manu factum, sed sanguine Christi acquisitum, atque constructum: ergo sicut Moyse fabricæ illius omnia, etiam circumstantiæ, monstrata, præceptaque à Deo sunt, ita, & Christo omnia, quæ ad Ecclesiam construendam in hac vita peregit. Multi sunt Receptiores in ostendendo non omnes circumstantias tabernaculi illius Moyse à Deo iussas, vt argumentum debilitent, quod etiam eo admissio satis enerue est. Sed an, quia Moyse famulo domus iussa omnia sint, Christo homini domus Domino iussa etiam omnia illico fuerint? ait enim Paulus ad Hebræ 3. Amplioris enim gloriæ esse præ Moyse dignus est habitus, quanto ampliore honorem habet domus, qui fabricauit illam. Secundo fuerint necessaria omnia ad hominum redemptionem, & Ecclesiæ fabricam Christo homini à Deo præcepta: an omnia, quæ Christus esse necessaria erant, vbi ferè omnia redundarunt cum minutulum Christo opus fuerit satis? Tertio: plura ad redemptionem, & Ecclesiæ fabricam non spectantia Christus egit, dum viueret, vt vt sessio, somnus, ambulatio, talis cibi manducatio. Obiiciunt Ioan. 6. num. 38. descendens de celo, non, vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Sed voluntas mea significat voluntatem proprio amore fundatam, & regulatam, non Dei benelapicito, & voluntate, quæ etiam erga non præcepta est. Denique

obiiciunt Christum in omnibus perfectissimè operatum: ergo ex obedientia, quæ sine præcepto esse non potest. Sed restat probandum perfectissimum motuum esse ex obedientia, non ex Charitate; quod magis elucet, cum voluntati soli Dei, nec dum præcipientis, voluntas, atque operatio nostra concordat.



DISPVATIO III.

An diuina alia humanitati Christi suos formales effectus communicent?



N diuinis quædam positivè concipiuntur & significantur, quædam negativè, licet nihil negatiuum in Deo sit, ac proinde positiva alia, alia vero negatiua dicuntur. Positiua sunt essentia, siue existentia, & Deitas, quæ reliquorum diuinorum radix metaphysica est. Item potentia intellectiua, eiusque actus, siue intellectus, & scientia, & voluntas, ac volitio, deinde omnipotentia de quorum omnium metaphysica, siue identitate, siue distinctione formali egimus. t. 1. controu. r. d. 2. atque hoc r. controu. de Trinit. licet leuius, ac pressius. Negatiua autem sunt immensitas, infinitas, æternitas, & si quæ alia. Primo igitur de existentia, secundo de cognitione, aut volitione diuinis, tertio de attributis aliis omnibus, in quibus generalis, eademque decidendi ratio est, disputabimus.



QVÆSTIO I.

An humanitas Christi per diuinam, seu verbi existentiam existat?



LEBRIS, licet non ex multis retro annis fuit præfens difficultas, cum sola Thomistarum, qui vocantur, schola apud Hispanos florebat. Potest autem duplex quæstionis sensus esse. Primus an sola diuina verbi existentia existat humanitas vnita? secundus, an licet existat propria existentia existat etiam diuina. Primo sensu hic cum Thomistis quæstio verfabitur. Secundo vero cum Vbiq. vbiq. q. 4. ex vniuersalibus principiis ad statuendum pro omnibus attributis diuinis.

CERTAMEN I.

Thomistarum sententia præfundamentorum debilitate subruit ac S. Th. à Thomistarum imposturis vindicatus.

1 HENRICUS quod lib. 3. q. 2. Dionys. Carthus. in 2. d. 6. h. q. 5. sub fin. Capreol. q. 1. a. 1. & apud Soar. in 3. d. 6. ferrara 4. contra gent. c. 9. c. 35. c. 41. Caiet. 3. p. 9. 17. a. 1. vbi Aluarez, Medina, ac reliqui iurati Thomistæ Nazar. q. 4. a. 1. Nauarret. t. 1. controu. docent humanitatem non propria, & sua, sed Verbi, cui vultur existentia diuina existere ac proinde diuinam existentiam effectum formalem existendi humanitati communicare. A ratione vix aliquid solutione dignum afferunt. Ab autoritate inducunt primo Sophronium episc. sæpè citata, ac recitata, & approbata a. 6. Synodo act. 1. 1. & 2. Calcedonensi

Calcedonensi ante med. ubi habet in ipso verbo, non in se habuit, humanitas, existentiam, unam cum verbo. Sed tamen illa verba unam cum verbo de suo addit Medina. Sed deum addita non esse. Missa Soarij solutione, quæ ad Sophronij mentem non est, respondeo: nomen *Hyparxis* quod in græco existentia respondet idem, quod *usia*, siue substantia significare, ut vult Athanas. epist. ad Episcopos Africæ, quæ idem valet ferè atque hypostasis teste Budeo in commentarijs linguæ græcæ: ac ideo indifferenter à Patribus græcis pro substantia, vel pro persona usurpabatur. vult ergo Sophronius humanitatem non subsistere in se propria personalitate, sed in verbo, cuius sola, & vna personalitas, ac persona in Christo est: id quod satis exprimunt verba *existentis in* tanquam innitendo, quod natura solum in supposito, siue persona habet, ut proximali. d. q. 1. & 2. ex ratione, & Patribus ostendebamus: fatique suadet intentum Sophronij, quod erat Nestorij errorem illa sententia repellere. Eundem habent explicatam similia verba Damasceni 3. de fide c. 3. 11. & 13. atque illa quæ falso, ut vult Soar. referunt Thomistæ ex c. 22. *carne in verbo habuisse existentiam*. ex anima aliorum Patrum testimonia pro hac sententia recitant, quibus infra nos, & animam, & mentem reddemus.

2. Prouocant ad S. Th. quia q. 17. citata. a. 1. docet esse accidentis in supposito, quod non est simpliciter esse suppositi, neque ad illum constituendum spectat, posse in illo multiplicari, esse autem substantiale formæ, vel nature peruenit ad esse simpliciter suppositi non multiplicari in illo: quare cum in Christo vtraque natura peruenit ad esse simpliciter huius suppositi, quod Christus est non esse in illo concedendum duplex, sed vnum tantum esse. quod lib. 9. a. 3. ait. *Humanitatem non habere esse in Christo, ita, ut ipsa esse dicamur, sed solum esse id, quod aliquid est, quia est in alio*. Hæc fere. S. Th. verba sunt pro Thomistis; sensus autem ac mens Doctoris sancti à Deo pro eis non est, ut Paludanus, & ipse in lignis Thomista contra suos esse. S. Thomam aperte fateatur infra. Probatum facile ex citato quod lib. 9. a. 2. & 3. & q. disputata de vnione verbi, ante alias disputatas de virtutibus a. 1. ad 10. a. 4. ad 1. ubi ait: esse humanitatis in Christo esse distinctum ab esse diuinitatis, & verbi; licet quia pars est totius Christi dicat neutram habere esse simpliciter, sed secundum quid. Cum ergo esse humanitatis ab esse diuinitatis distingatur duplex esse alterum humanitatis, alterum Deitatis, & Verbi planè fatetur. Secundo cum Deitati esse simpliciter, quæque humanitati in Christo denegat, ne inde inferatur Deitatem, & Verbum etiam, in Christo non habere existentiam propriam in eius existentia, quomodo id de humanitate inferatur: vocat ergo citata. q. 17. esse simpliciter, & absolute esse totius substantialis, & per se, ac non in alio, seu supposito, quod cuius parti, & constituenti suppositum, seu totum substantiale prorsus repugnat: quare, & humanitati, quæ pars in Christo est, & verbo, (quod licet non, ut pars, & quid perfectibile, aut ut perfectiorem quædam Christum constituit) quæ in Christo sunt, repugnat esse simpliciter. Cum autem esse per se, & simpliciter, seu non in alio, neque suppositum, siue esse simpliciter constituent, & suum esse in supposito seruant, & distinctum ab esse suppositi, & aliorum accidentium, quæ in idem suppositum inciderint. Hoc ipsum solum voluit, imo explicuit, quod lib. 9. imo, cum dixit humanitatem esse id, quo aliquid est, satis exprefit toti composito, qui Christus est, aliud esse actuale, siue existentia conferre de suo, ut patet. Ibidemque docet sicut accidentia plura suppositi plura esse simpliciter non sunt, ita neque plures Christi naturas: quia quod natura sua accidentia habent, nempe esse in alio habent ex accidenti naturæ plures, quæ vnum suppositum constituunt. Hanc porro doctrinam exhibet ex citata epist. Sophronij Sinod. 6. acto. 11. ante med. *que enim extat persona composita ex inconsuso constans temperamento partitionem conuenientiam nescit, sed esse vnum, ac permanere vnum sortitur*. Ac infra. *sed est vnum, & duo hoc ipsum agnoscibile, vnum quidem secundum substantiam, atque personam: duo vero secundum ipsas naturas, &*

naturales proprietates, ex quibus esse vnum sortitur natura duplex, & vnum permanere seruuat.

3. Idem. S. Doctor. 3. p. q. 4. a. 2. & 3. docet humanitatem assumptam non esse assumptionis terminum, sed ad illam præsupponi, nempe præsuppositione, quæ terminus assumptionis ipsi præsupponi nequeatur terminus præsupponitur assumptioni secundum possibilitatem sui: ergo non solum secundum eum statum, sed secundum statum existentia præsupponitur ex S. Th. humanitas ad sui assumptionem: quare, & existit existentia propria prius natura, quam vnatur Verbo, ac non per huius existentiam, & q. 6. a. 4. ad 3. ait, *carne Christi non esse prius natura, quam sit à Verbo essentia esse tamen prius natura, quam sit Verbo vnatur*. Nequit autem aliquid esse absolute, & ens productum, aut existens prius natura, quam habeat existentiam: ergo ex S. Th. humanitas, quæ prius natura est absolute ens effectum, & existens, quam verbo vnatur, non habet esse absolute, & existentiam ab vnione ad illud Obiectis. S. Th. q. 17. cit. a. 1. ubi argumento, 3. sic arguit in Trinitate est vnum esse, quia est vna natura: ergo in Christo sunt plura esse, quia sunt plures nature, atque ad hoc concedit antecedens iuxta suam doctrinam 1. p. q. 4. a. 2. & 4. quia personæ identificantur cum natura diuina. Quod si in eo articulo ageret de esse supposito, vt diximus potius negare deberet: cum plura sint supposita, & personæ Trinitatis, licet in natura identificentur. Sic Valquez pro aduersariis illis acutus obiecit. Respondet tamen facile ex nostris principijs loqui de esse, & existentia simpliciter, & supposito, quia eo loco 1. p. q. 4. a. 2. 1. in personis Trinitatis nullum aliud esse personale siue existentiam agnoscit præter esse, & existentiam essentia, ac nature: quare vnum esse personale etiam in eis est; quod secus eueniret (concludit S. Doctor) si personalitates esse personale, & haberent de se formaliter, & conferrent personæ suæ, nec solum iure identitatis cum essentia existerent. Cum autem duplex natura, vnum suppositum, seu esse substantiale constituit neutra esse esse simpliciter, & per se, sed vtraque est in alio, vt eodem articulo docuisse. S. Thomam ostendimus num. 2.

4. Debilius adhuc à ratione pugnant Thomistæ. Primo: quia existentia in creatis realiter distinguitur absolute: ergo non existit existentia creata propria, sed Verbi, & aliena deo satis impugnamur in philosophia antecedens, & consequentia partem primam; negotium secundam ex prima improbabilem. Secundo arguunt. Humanitas Christi subsistit subsistentia Verbi, non sua: ergo, & existit existentia Verbi non sua. Vnde consequentiam aliquid in comuni, & locum Thomistarum sententia, naturæ super additum, nempe personalitas, suppletur formaliter à Verbo: ergo, & identificatum cum natura supplebitur; nempe existentia. Secundo cum subsistere subsistentia Verbi humanitatem Christi; ac non propria, sit esse partem Christi erit consequentia: est pars Christi componentem illum cum Verbo: ergo non existit secundum se nisi Verbi, cum quo componit, existentia: quod est contra existentiam partis actualis componentis. Dices existentiam substantia est esse per se: humanitas non est per se, sed in alio: ergo non habet existentiam substantia. Distinguo maiorem: substantia totalis concedo; partialis nego, ut patet: nam, etsi existat existentia Verbi existit in alio, & vt pars atque in alio instas; subsistentia siue esse suppositum est actus primus, & existentia actus secundus suppositi. Nescio quo pacto apprehendi, ne dum indicari, asserique assumptum à sano Philosopho querat. Nam cum ratio suppositi dicat existere per se, si propria subsistentia sit, & in alio si aliena: quo pacto siue existentia esse, imo concipi suppositum, valeat prorsus ignorari. Imò cum existit abstracta à conceptu, per se, vel in alio, conceptum existentia prius esse prioritate maioris vniuersalitatris, dubitari non potest, quin neque priorem esse causalitate, & natura, si subsistentia modus superadditus nature sit

cum ab ipsa fiat, vel saltem ex ipsa educatur.

5 Ab absurdis a: guont. Humanitatis Christi existenti-
 a est creata, & propria: ergo per communicationem
 idiomatum poterit Verbum dici existere existenti-
 a creata, sicut plura alia, quæ propria humanitatis sunt, di-
 cuntur. Nego consequentiam: tum quia denominatio
 existendi intrinseca solum est, & quæ solum competit
 subiecto per identitatem cum ipsa: tum quia idiomatum
 communicatio solum est eorum prædicatorum,
 quæ ita sunt propria vnius naturæ, vt è genere suo alte-
 rius naturæ non sint, vt ostendimus. controu. 7. d. 1. vn-
 de Verbum nequit dici per communicationem idiomatum
 substantiale, vel rationale à substantia rationali hu-
 manæ naturæ, vel è contra hæc, adhuc concretè, à sub-
 stantia rationali Dei Arguunt secundo: vniõ substantia-
 lis tunc solum intelligi potest, cum esse vniõ trahi-
 tur ad esse alterius: atqui si humanitas habet propriam
 existentiam esse humanitatis non trahitur ad esse alte-
 rius: ergo nec erit vniõ substantialis vtriusque naturæ in
 Christo, quod est absurdum. Nescio quam magno absurdo
 negetur vniõnem hyposthaticam substantialem in-
 trinsecè esse, nec solum extrinsecè ab extremis substan-
 tialibus, quæ vniõ, vt de vniõne animi, & corporis dice-
 bam. Sed credamus pluribus substantialem intrinsecè
 esse. Maior adeo est falsa, vt, qui eam doceant, non trahi
 ad Eutyctetis errorem videantur, sed vltro venire. Item
 in vniõne materiæ, & formæ inflatur apertè. Arguunt
 tertio: ex duobus entibus in actu nequit vnum per se
 constitui: atqui humanitas, & Verbum sunt duo entia in
 actu si humanitas suam habet existentiam: ergo nequit
 ex eis constitui vnum per se. Distinguo maiorem: enti-
 bus totalibus in actu concedo maiorem, partialibus, seu
 non totalibus nego, & distinguo minorem: totalia, nego;
 partialia concedo, & nego consequentiam, vt respon-
 debamus dum contra hos Thomistas per existentia
 propria materiæ primæ pugnabamus: quin implicat
 vnum ens in actu componi nisi ex pluribus partibus, seu
 entibus partialibus in actu. Arguunt quarto: Humanitas
 accipit propriam existentiam generatione Virginis: ergo
 Virgo non est mater Dei; sed humanitas folius,
 quod est hæreticum. Sed nisi in existentiam huma-
 nitatis terminetur Virginis generatio, in quid termi-
 nabitur? an in essentiam possibilem, atque potentia, &
 vniõne causarum carceratam: atqui hæc per vos impro-
 ducta est, & æterna. Secundo actio omnis tendit in
 existentiam à virtute causæ, vt eam ex potentia actu po-
 nat. Tertio attingentia essentia actualis humanitatis
 per Virginis generationem satis non est per vos, vt Vir-
 go Mater Dei dicatur: ergo multo minus sufficit, attingentia
 essentia humanitatis possibilis: vel si hæc suffi-
 cit potius illa. Nec refert si pro Thomistis dicas Vir-
 ginis generationem attingisse vniõnem hyposthaticam,
 tum quia id confutauimus. d. proœmiali, & controu. 1.
 Secundo: vniõ ipsa existentia Verbi debet existere in eor-
 um doctrina. Tertio: quia attingentia illa vniõnis, non
 est à Virgine, vt viuens est, sed per potentiam obedi-
 entialem in animis quibusque cum ipsa commobent. Ergo
 qua generat proprie non generat Deum facile ergo ne-
 gatur consequentia. Nulla enim Mater immediatè attingit
 generatione suppositum, si subsistentia modus su-
 peradditus sit, sed existentiam naturæ, atque immediatè
 suppositum, quod ex agnata illi subsistentia, seu adiun-
 cta resultat, quæ Christi humanitati diuina est, in nostra
 vero sententia generatione ipsa producitur natura in-
 dependenter ab vniõne ad aliud, vel dependenter, &
 sic subsistentia propria, vel aliena, si illud aliud supposi-
 tum, vel subsistentia sit. Ac demum ostendi controu. 1. d.
 2. quomodo rigidè Virgo sit Mater Dei, sola præsuppo-
 sitione vniõnis hyposthaticæ materiæ, & animæ huma-
 nitatis Christi ad vniõnem eam inter se, quæ à Virgi-
 ne ponitur.

CERTAMEN II.

Ex communibus Theologicis, etiam veterum Thomistarum principis opposita, & communis sententia statuitur.

1 Scholastici reliqui humanitatem propriam, non
 Sautem Verbi existentia existere defendunt. Albert.
 in 3. d. 6. a. 5. Scot. q. 1. Gabr. q. 2. a. 2. concl. 1.
 Almain. q. 2. Baffol. q. vn. a. 2. Durand. q. 2. Ricard.
 2. q. 2. & quodlib. 1. q. 3. ex antiquis Thomistis
 Heruæus d. cit. q. 1. a. 3. Paludan. q. 3. sub fin. verlu *qui-
 dam tamen dicunt.* atque vterque d. 9. apud Soar. Hen-
 ric. quodlib. 13. q. 5. apud Vvadingo, licet alibi ab
 aliis pro opposita referatur, & quod caput contra
 Thomistas est, S. Th. locis datis. S. Bonau. d. 5. a. 2.
 q. 1. ad argumenta ex nostris omnes ad vnum. Vafq.
 d. 71. à cap. 2. Soar. d. 36. sect. 1. Valentia. 3. p.
 ad q. 7. a. 2. Ragusa, & Becan. vterque Hurtado
 Complutensis, & Salmantinus, Lugo, Vvadiugo. d.
 4. dub. 9. Bernal. d. 47. quos, & nos sequimur. Proba-
 ri solet ex Damasceno 3. de fide. c. 3. in. dicente hu-
 manitatem assumptione non fuisse substantia existenti-
 a que priuatam, quam scilicet haberet non assump-
 ta. Sed tamen ibi solum contendit contra Euty-
 chianos non fuisse destructam, & conuersam in Dei-
 tatem, quare omnes vertunt non fuisse conuersam,
 ac pro Verbis citatis ex Græco Billius vertit, *neque in
 nihilum redactam.* & c. 11. dicens naturam assumptam
 fuisse, non prout in intellectu, & præcisam, sed indi-
 uiduam, & in eadem existente specie. Sed solum vult spe-
 ciem humanitatis assumptam præcisè non fuisse,
 sed vt est identificata cum indiuidua natura, si-
 cut species reliquæ cum suis indiuiduis identificantur
 re ipsa: ad quem sensum vertebat Billius eadem, quæ
 in indiuiduo, eademque cum ea, quæ est in specie. A Pa-
 trum ergo autoritate præter Sophronij, & S. Th. testi-
 monia data cert. 1. solus pro existentia humanitatis
 propria sua, ac non Verbi referri potest Epiphani. Epist.
 copus. 7. Synodo. act. 6. r. 3. Concl. apud Soar. di-
 stinguens humanitatem ab hyposthaticam, vt illa di-
 cat humanitatem existentem, hyposthaticam vero sub-
 sistentiam addat: atqui si humanitas existentia Ver-
 bi existeret, humanitas existens, Verbi subsi-
 stentiam, vel diceret, vel supponeret; quare
 ad hyposthaticam, siue suppositum addenda non
 esset.

2 E communibus autem, etiam Thomistarum
 principis arguo primo, quia in eorum sententia non
 est nisi vnica existentia Deitatis in Trinitate: ergo
 humanitas existens existentia non sua, sed Ver-
 bi existet existentia Deitatis, cui immediatè non vni-
 tur, & per se, sed solum ratione identitatis cum
 personalitate Verbi cui in eorum sententia per se, &
 immediatè vniõ tantum: quod est difficile effectum
 formalem existendi tribui non solum ab existen-
 tia non identificata existenti, sed ab existentia non
 per se, formaliter, & immediatè vnita, sed media-
 tè, & materialiter solum. Secundo cum existentia
 Deitatis non magis Verbi, quam aliarum persona-
 rum sit humanitas non magis existentia Verbi,
 quam Patris, aut Spiritus existentia existet, quod
 non admittunt. Licet enim quia Verbo Deitas
 identificatur humanitati vnitè asseratur Deitas, &
 existentia: ast non ideo existentia increata est, quia
 Verbo identificatur, sed quia de se talis est: qua
 vero talis existentia increata est facit formaliter
 humanitatem existere; ergo non qua Verbo iden-
 tificatur, sed sub ratione existentia communis tri-
 bus Personis. Arguo secundo ex alio principio
 Nnn communi

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

communi in vno sensu, firmiorique in sententia Thomistarum quia Arist. 2. de anima. c. 4. tex. 37. ait. *cunctis viuentibus causam, vt sit formam ipsam, ac substantiam esse paet: ac viuere viuentibus est esse: cuius sane causa est, vt consistat, atque principium forma.* Cum enim forma viuentibus adest viuunt, & existunt, cum adest moriuntur: vt inde Thomistae doceant materiam existere per existentiam formae atque in humanitate forma, & animus est: ergo per illam viuere existetque humanitas non per Verbi existentiam. Est totus diuersus S. Th. 3. p. q. 2. a. 5. vbi argumentum 3. non esse opus vnione animae ad corpus in Christo: quia hoc Verbo vnito sufficienter viuificabitur, responder ad 3. *dicendum quod duplex est principium vite corporalis vnum quidem effectiuum: & hoc modo Verbum Dei est principium omnis vite. Alio modo est aliquid principium vite formaliter. Cuius enim viuere viuentibus sit esse, (vt dicit Philosophus. 2. de anima) sicut vnum quodque formaliter est per formam suam, ita corpus formaliter viuunt per animam, & hoc modo non potest corpus viuere per Verbum, quod non potest esse corporis forma, quibus praclusa est solutio Thomistarum prima. Nempe viuere sumi ab Arist. & S. Th. pro viuere, seu vita in actu. Secundo: quemadmodum S. Doctor, explicuit. 1. p. q. 54. a. 1. ad 2. sed quomodo forma, ac substantia dicatur vita, aut viuere in actu secundo ab Aristot. cum vita in actu secundo sit accidens, & operatio vitalis? Deinde quomodo sit causa, vt sine viuente (vt aiebat Aristot.) operatio vitalis, quae viuente supponit constituta, & existentia? item forma, qua formaliter, & non actiue viuunt, & sunt viuente, vt ait S. Thom. non est operatio vitalis, sed anima, seu forma substantialis viuente. Loco vero citato. 1. p. non hunc r. xum, sed alium ex 11. metaphisicæ iuxta diuisionem Auerrois, vel ex 12. iuxta communem interpretationem, vbi Aristot. vitam pro operatione vitali usurpauit: quomodo negat Angelis essentialiter vitam habere, licet, essentialis sit eis vita pro essentia sumpta, iuxta Augustini acceptionem in libris de Trinitate.*

3. Ex eo etiam principio sic arguo tertio cum Vsq. viuere, ac vita viuentibus est esse existentiae, siue existere: ac vita, & existentia humanitatis caduca, & defectibilis est; ergo non increata, & aeterna Verbi: alioqui erit immortalis, & aeterna vita humanitatis Christi; neque defectum, mortuusque fuit Christus, qua homo: quae sunt haereses formales. Dices non mansisse in triduo humanitatem vnitam Verbo, quia nec mansit humanitas: quare defectu subiecti, non vita mortuam fuisse humanitatem. Impugnat Vsq. quia ante triduum mortis nihil praeter animam, & corpus vnitam Verbo erat, quae & eadem vnita perseverauerunt in triduo. Sed dicent adhuc defectisse vnionem animae, & corporis essentialiter requisitae ad humanitatem. Sed rogo an vnio actualis animae, & corporis requiratur essentialiter, vt humanitas existat, actuque sit, etiam cum Verbo vnita: vel non requiratur? si non requiratur nulla est solutio. Si requiritur: inquit, an etiam vnio existat existentia Verbi? vel sua: si sua: cur id non datur animae, & corpori? si existentia Verbi: ergo prope sui vnionem ad Verbum praecedat non supponitur existens actu: qui ergo perit, ac deficit prope vnionem praecedat vnioni ad Verbum, cum, vt sic existentiam sui neque habeat, neque requirat, cuius defectu ex parte aeterni vnio hypothetica deficiat defectu subiecti, ac proinde aeterna eius existentia Verbi, qua existebat: quod ipsum argumentum, & impugnatio solutionis huius in tota humanitate effermatum a radice solutionem conuellit. Nam si Verbum vt vnatur humanitati, detque illi existentiam, & vitam requirit, ac praesupponit existentiam humanitatis in se, & extra causas: quomodo dabit quod in illa praerequitur, & supponit. Si non praerequitur ex parte humanitatis esse actuali, & ex-

tra causas, & nihil, sed solum eius possibilitate, & esse adhuc intra causas. Cum possibilitas humanitatis necessaria sit, & aeterna per hoc, nec possit deficere, quomodo deficit vita, & existentia Verbi aeterna defectu subiecti? nempe humanitatis: Arguo quarto, quia forma vitae, & existentia viuente est anima, seu forma viuente essentialiter, adeoque, vt corpus, siue materiam viuente formaliter, existereque faciat in Thomistarum doctrina: ergo implicat vnitam esse animam Christi eius corpori, quin illud, ac totam proinde humanitatem formaliter faciat existere. Ergo nequit non humanitas propria, ac connaturali sua existentia existere etiam cum Verbo vnita. His omnibus respondent Thomistae actualiter esse in humanitate, & reliquis non esse existentiam, sed solum proximam existentiae capacitatem. Hoc tamen pracludam cert. 3. iuris: satisque ex apprehensione terminorum, & communi praclusum est.

4. Responderi secundo possent ad omnia etiam haec animam de se viuificatiuam corporis esse, ac formaliter vitam, & existentiam corporis, & viuente, ni id minus ris a Verbo vnito prius natura praerentur. Sed contra primo: quia, si Verbum partes animae praecogitauerit, quid ni Apollinaris error admittatur, atque adatur Verbum vnitam fuisse corpori Christi pro anima, & mente, solumque corpus sine illis a Verbo fuisse assumptum. Contra Secundo: quia ex S. Thoma. 3. p. q. 4. a. 2. q. 6. a. 4. prius natura genita fuit humanitas, quae assumereur a Verbo, vnireturque hypotheticè: ergo prius natura existit partium vnio inter se, sine qua humanitas non est, quam eius vnio hypothetica. Contra tertio: quia Thomistae ex Heruzo, & Caietano citant controu. 1. d. 2. q. 2. cert. 1. ideo a 6. Sinodo Nazianzeno, & Augustino dictum purant corpus per animam, & mentem, siue his mediis assumptum a Verbo fuisse, quia per animam, & hanc mentem tanquam per formam recipit existentiam, quae spectanda pro priori naturae fuit, vt assumeretur, atque vniretur Verbo: in quo licet falsa plura inuoluantur, vt ibi monstrabam manifeste Thomistarum, si haec solutio vnatur, in conlequentia deprehenditur. Contra quarto: quia quouis naturae ordine anima, & corpus assumpta, vnitaque Verbo fuerint, humanitatis existentia, quae sine partium existentia non est, praesupposita ad vnionem hypotheticam fuit per hoc ex Heruzo, & Caietano. Ens quippe in potentia, ac nondum existens vniri alteri nequit in homine vera doctrina: cum modus vnionis, sicut, & modi reliquorum, cuius modus est, & cuius absolutum esse modum existentem supponat, nec illi possit existentiam tribuere. Etenim realis modalis, siue modi a re distinctio, in re a reali absoluta, seu rei a re distinctio fecerunt, quod modus sine rei, quam modificat, cuiusque modus existentia existere nequeat, res autem sine modo existere valeat: quod fieri minimè possit, si vnio hypothetica humanitati existentiam daret, vel Verbo, cui illam vnio, illi existentiam afferret: etenim peruente vnione hypothetica humanitas necessario periret iam vero, si ad vnionem hypotheticam in hoc instanti humanitatis existentia pro illo prius natura supponitur, propria humanitatis existentia, non potest pro illo eodè instanti non esse. Deinde qui dicitur nam existentiae praestabit Verbum vnitam humanitati, cuius eius parti, cuius quarumque existentiam absolutam prius natura, quam vnatur absolute supponit an vnioni partium? atque hanc assumptam vnitaque hypotheticè verbo plures negant. Secundo si haec sumpta etiam fuit ipsius absoluta existentia praecedente natura debet sui assumptioni ob rationes proximas. Tertio humanitatis existentia praesupposita per vos, & vnionis existentiam claudit, vel supponit. Quarto Vnionis actio, qua hominem Deum genuit, ad vnionem partium humanitatis existentia, tanquam ad terminum praeteritum, & formalem fuit, tantum terminata.

5. Dices ad haec eadem actione vnitas partes humanitatis, & inter se, & verbo fuisse. Sic enim aiebat Leo Pa. 1. epist. 11. post med. *Natura quippe vnita non sic assumpta est, vt prius creata, post assumptur 5 sed vt ipsa assumptione crearetur.* & Fulgentius 24

CERTAMEN III

Ex uniuersalioribus principijs existentia humanitatis per existentiam Verbi confutatur.

de incarnat. & grat. Domini nostri Iesu Ch. ipsa quippe acceptio ednis fuit conceptio Virginis. Si autem eadem actione utraque unio fuit producta: cum hypothetica asserat Verbum, potuit unio partium Verbo uiuificari, & existere. Sed quid de partibus humanitatis hac solutione dicent, quarum existentia ad utramque unionem præsupponi monstrauimus; quare uiget argumentum quartum. Si enim simul natura utraque unio est nequit unione hypothetica Verbum præuenire munus formæ in tribuenda uita, & existentia corpori; maxime cum anima illud intrinsecè informet, atque humanitatem Christi essentialiter constituat, nisi in errore Apollinaris ire aduersarij uelint insuper contra hanc solutionem militare secundum, tertium, & quartum argumentum. Nam unio illa hypothetica unionis partium ad Verbum immediatius uerbum, eiusque existentiam pertingit in creatam; quare, & erit æternè, ac indefectibiliter existens contra fidem. Tertio est solutio contra doctrinam Thomistarum. Si enim utraque unio eadem actione producitur ad unionem hypotheticam unionis partium humanitatis huius unionis existentia absoluta non præsupponitur natura contra hocce Thomistas, qui extremi ueniendi existentiam prius natura ad sui unionem supponunt merito docent quare falsa omnino est solutionis huius doctrina, atque extra Patrum illum mentem, quicontra hæreticos citatos, confutatosque contr. i. d. 1. q. 3. solum contendunt non prius tempore, quam Verbo uiretur humanitatem præexistisse. Id quod Verba illa Leonis. Prius, & Post quæ absolute dicta tēporis denotant prioritatem, & posterioritatem, satis sonant. Clariùque hæc, quæ in eodem contextu infra subiecit Fulgentius. Non est igitur aliquid intervalum temporis estimandum inter concepte carnis initium, & concipiendæ maiestatis aduentum?

6 Quinto demum arguo ex communi alia etiam Thomistarum doctrina: Angelus quiuis, siue bonus, siue malus naturali sua uirtute intellectiua intuitiue uidet humanitatem Christi existentem, & ut quid actuale, & extra causas, nec solum, ut intra causas, & possibile: at qui si humanitas Christi existeret formaliter per existentiam Verbi Angelus nullus posset uidere illam existentem uirtute naturali sua intellectiua: ergo humanitas non existit per existentiam Verbi. Minor probatur: quia nihil potest uideri, ut ens actu, siue, ut existens, quin actualitas essendi, & existentia formalis ipsius uideatur: at, si humanitas existit per existentiam Verbi, nequit eius existentia, siue actualitas essendi uideri ab ullo Angelo uirtute naturali sua intellectiua: ergo, si humanitas existit per existentiam uerbi nullus Angelus posset uirtute naturali sua intellectiua uidere illam existentem. Maior proxima probatur. Nemo enim, qui uidere albedinem nequit, uidere potest album, ut album Probatur minor si humanitas existit per existentiam Verbi nequit uideri illius existentia, & actualitas essendi, nisi uisa existentia Verbi, quæ humanitatis existentia eadem est: at qui existentia uerbi nequit uideri ab ullo Angelo uirtute naturali sua intellectiua: ergo, si humanitas existit existentia uerbi, illius existentia nequit uideri ab ullo Angelo naturali sua uirtute intellectiua. Minor hæc sua detur existentia uerbi est aliquid intrinsecum Deo: nihil intrinsecum Deo uideri ab ullo Angelo potest uirtute naturali sua intellectiua: ideo enim Dæmones Christi personam nunquam uidere possunt, quia quid intrinsecum Deo Christi persona est: atque insuper in Thomistarum opinionem, qui uisionem præcisiuam non admittunt, si uirtute naturali aliquid intrinsecum Deo Angelus uidere posset naturali uirtute posset esse Beatus: maxime si uidere posset uerbi existentiam, quæ existentia Deitatis est, in eorum sententia, nihilque formaliter à Deitate differt.

1 Non ex his solum principijs, sed ex uniuersalioribus confutandam Thomistæ sunt, utque eis æquiuocationis, & Verborum præcludamus effugia, scire oportet: existentiam, de qua hic, nihil aliud in rebus esse, quam actu absolute esse, siue absolutam actualitatem essendi, qua res est in se extra suas causas, & extra nihil: quæque est actus logicus in ordine ad quem possibile dicitur possibile, estque terminus actionis, qua res extra suas causas ponitur in esse actuali, quod ab æterno non habuit, cum solum intelligebatur sub illo quali quali esse possibili, uel obiectiuo solum, uel uirtuali omnipotentia, à qua poni in actu potest. Etenim posita hac sola essendi actualitate rei extra causas, & extra nihil res existit, eaque sola ablata deficit, ac non existit. Hanc per se notam ueritatem, ex qua, tam hic, quam in existentia sua materia per existentiam formæ clarè Thomistæ confutantur, obscurant ex eis nonnulli afferentes actualitatem essendi non esse existentiam, sed capacitatem proximam, & ordinem ad illam. Sed pura uerba dant, pueris fortassè, uiris autem doctis minime accipienda. Prima impugnatio sic: rogare ut explicent quid præter actualitatem essendi præfatam addat existentia sua. Secunda: quia actus essendi est actus potentia logica, siue possibilitatis essendi: at qui actus possibilitatis essendi est existentia: ergo actus, siue actualitas essendi est existentia. Tertia: quia actio terminatur ad effectus existentiam: at ad nihil aliud terminatur quam ad actualitatem essendi effectus in se extra causas, & nihil: ergo actualitas essendi præfata est existentia quarta illa capacitas proxima existentia non est capacitas pure obiectiua, siue potentia logica pure possibilitatis: ergo est capacitas subiectiua, uel actiua: ueriusque autem generis capacitas proxima non nisi existentium est: ergo dicitur capacitas proxima existentiam.

2 His positis Arguo sic. Rei cuiusque existentia identificatur, re ipsa cum essentia ipsius: at qui Verbum eiusque intrinseca existentia non identificatur cum essentia humanitatis: ergo Verbum, eiusque existentia non est existentia humanitatis, uel infero: sed existentia Verbi est existentia humanitatis per uos: ergo humanitas identificatur cum Verbo, & eius existentia re ipsa: ecce eurychianam conuersionem, & confusionem naturarum in Christo: cum uerbum re ipsa identificetur cum Deitate, eius autem existentia idem etiam formaliter sit per hocce cum illa. Maior est principium latè probatum in metaphysica contra Thomistas, & quod iam ex eis plures admittant: ut uidere est in Nazario. 3. p. q. 4. 2. 1. ubi solum distinctionem admittit ex natura rei inter existentiam, & existentiam, quæ distinctio in eius schola formalis, & rationis ratiocinatæ solummodo est: clariùque ad nos in hoc principio accedi q. 17. Arguo tertio quia uel humanitas distinguitur à Verbo, ut ens actu, ab ente actu, uel ut ens possibile ab ente actu, siue actuali: si extremum, non erit realis actualis distinctio, nec absolute maior, quam humanitatis possibilis à se ipsa existentia. Patet nam, & entis possibilis actualis distinctio esse non potest: & cum Verbum existentia, & actualitas essendi humanitatis sit non aliter ad Verbum, quam ad sui existentiam comparabitur humanitas. Unde iustus neque erit uera realis compositio in Christo ex humanitate, & Verbo, cum compositio uera sit realiter

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.



distinctorum vno, quæ extrema realiter actualiter distincta, & existentia supponit, ut ex Thomistis supra dicebamus. Hæc autem sunt absurda. Si dicas primum: ergo existentia humanitatis realiter distinguitur à Verbo, eiusque existentia. Patet: quia implicat existentiam, siue actualitatem essendi, in qua, & secundum quam duo distinguuntur eandem esse in vtroque, non minusquam realiter distincta re ipsa identificari: alioqui licet personæ, quæ tales distinctæ, sint in Trinitate, eandem possent habere personalitatem. Idem argumentum fit de vnione reali, quæ realem actualem extremorum distinctionem, & existentiam requirit.

3. Arguo Quarto: quia materia, & anima terminant in se actiones creativas, & earum vno Virginis generationem, quibus ponuntur, & extra suum nihil, & extra causas: ergo vnum quodque eorum adæquatè, & adæquatam à suis causis existentiam recipiunt in se non à Verbo: quare, & humanitas, quæ nihilo ab eis differt. Probat: quia terminus actionis est esse actuale, siue existentia effectus in se: ergo eo præcisè, quo enumerata terminant in se, & secundum se, ac non per Verbum actiones dictas, ponunturque in se, & extra suas causas, & nihil, in se, & secundum se existunt, habentque existentiam non per Verbum iuxta dicta n. 1. Argumenti huius refert parum, quod vno materis, & animæ, eadè actione, qua vno hypostatica à Virgine producatur. Arguo quinto quidquid vniendum est alteri, cui non inhaereat (ut solutione de simultanea existentia natura, & productione formæ educatæ, & suæ vnionis per eandem actionem, in aliquorum sententia præueniam) præsupponitur natura productum, & existens ad vnionem cum illo: atqui tota humanitas vnienda fuit Verbo non inhaerendo ipsi: ergo tota humanitas præsupponebatur natura existens ad vnionem cum Verbo, ante quam vnionis, nondum natura existentis, & præsupponitur existentiam haberent, haberevè possent. Respondet Thomista nescio quis apud Soar. §. ad hanc, & præcedentem rationem. Humanitatem in fieri præcessisse natura sui assumptioni, & vnioni ad Verbum: aliter in facto esse præcessisse vnionem, & assumptam, ut per Verbum in facto esse existeret, quare maiorem veram esse de vniendis in fieri loquendo, falsam vero in facto esse. Contra fieri humanitatis prius natura est assumptione ad Verbum: ergo, & factum esse humanitatis prius natura est vnionem, seu factum esse assumptionis ad Verbum. Patet: nam fieri, & factum esse, vel ad idem naturæ signum, & instans spectant, vel ita proximè, & inseparabiliter natura coherent, ut nulla naturæ impra distinguungi possint, ut interim præcurrat assumptio in fieri, posterior humanitate, in fieri, siue eius productione, pertingatque prius in facto esse humanitatem illam vniendo hypostaticè, quam productio illam ponat in esse actuali: & extra causas, & nihil id quod à Deo est impossibile, ut nec diuinitus fieri possit: quia curus naturalis fieri ad factum esse solum pendet à Dei libertate, quatenus ab eo pendet decretum concurrenti vel se solo, vel cum causis secundis: quo posito non pendet ab eius libertate sistere concursu, ne effectum ponat: idcirco constans in scholis est rerum prioritates, & posterioritates in facto esse pro prioritatibus, vel posterioritatibus earum in fieri, siue suarum productionum assignari.

4. Atque, ut appareat, quam falso hæc doctrina ad rem præsentem inducatur quamque sit certa illa maior, rogo Thomistam cur difficile adeo in sua doctrina admittat productionem humanitatis priorem natura esse, quam eius ad Verbum assumptio? certe id solum respondere potest: quia ex communi, & necessaria omniū apprehensione quidquid vniendum est alteri non inhaerens, ut humanitas Verbo, debet prius natura præsupponi existens in se, & productum in facto esse quod si ita non esset nullatenus præcedentia vniendi, siue humanitatis in fieri ad sui assumptionem admittenda foret. Sed probatur vterius illa maior de vniendorum existentia necessario præsupposita in facto esse, ad sui vnionem. Nihil enim aptum proximè est, ut vniatur in statu possibilitatis solum alioqui res nunquam futura, imò quin

produceretur, vniiri alteri posset, quod ne in cogitationem quidem cadere potest. Item vniiri posset alteri nunquam producendo: cum par sit vtriusque extremi ratio ad vnionem. Secundo, quia cum vno modus realis sit sine reali existentia extremorum esse non potest: cum tamen extrema sine vnionis existentia possint existere, ut oportet ad hoc, vt vnio ab extremis realiter modaliter distinguatur. Tertio quia rem esse vnitam modaliter ipsi contingit: nihil autem realiter alicui contingit, quod in se absolute non est: alioqui dicam secunde nunc Antichristum esse album, frigidum, sedentem, vel ambularem. Dices ad secundam impugnationem præsentiam modum esse rerum, & tamen rem sine præsentia esse non posse. Distinguo sine omni collectiue factore, quia aliquam debet habere; aut distributiue posse sine omnibus esse, quod satis est, vt quæuis modus esse rei illis coniunctatur. Secundo ea necessitas existendi cum aliqua præsentia, nec sine omni collectiue, non extrinseco præsentia, & existentia rei prouenit, quod modo, & rei repugnaret, sed ab extrinseco spacio imaginario infinito, extra quod poni res finitæ non possunt.

5. Sexto arguo. Humanitas in casu præsentis non solum est extremum vniendum Verbo non inhaerens, sed & vnionis ipsius reale subiectum, & realique materialis causa in omnium sententia: atqui omnis causa realis præsupponitur natura existens in se ante suum effectum: ergo humanitas præsupponitur natura in se existens ante sui vnionem ad Verbum. Negant minorem Thomistæ quia solam causam efficientem supponi existens prius natura effectum admittunt. Nam finis, aiunt, ante suum effectum non supponitur existens. Sed contra: quia finis causa intentionalis est causans nimirum per sui existentiam intentionalem in mente, apprehensione: ergo male inde negatur præsuppositio existentia cause realis, cuiusmodi est materialis ad suos effectus edendos: ergo causa omnis realis præsupponitur existens realiter ad suos effectus. Contra secundo: quia non aliunde causa efficiens præsupponitur existens ad suum effectum, quam quia causa realis est: atque causa materialis, & formalis cause reales sunt: ergo, & præsupponitur existens ad suos effectus. Dices efficiens continere existentiam effectus, quam ponit, in sua virtute, quæ nequit contineri nisi à re actu existenti. Contra: quia causa materialis quatenus intrinsece causat componendo continet formaliter partem existentie effectus, scilicet totius, æque atque causa formalis. Item quatenus est educionis subiectum, vt in nostro casu humanitas, se gerit respectu vnionis, continet ex parte in sua educiua passiva potentia existentiam effectus, sicut ex parte, & genere suo illam continet efficiens: ergo æque atque hoc debet præsupponi existens ad suum effectum ob hæc fortasse Alvarez. 3. p. q. 17. fateatur humanitatem præsupponi existentem ad sui vnionem cum Verbo, atque vt quid productum cum actualitate essendi in facto esse, aut eam actualitatem essendi, siue existentiam esse cum habitudine ad Verbi existentiam. Sed inquiri: an sine termino huius habitudinis, & ante illum intelligatur absoluta existentia, seu actualitas essendi humanitatis in se extra causas, & nihil? si negetur recurrunt omnia argumenta numeri proximi, & ostenditur tuam doctrinam in terminis implicare; si fatearis, dis manus, atque ad nostras venis partes. Nam quod existentia humanitatis sit respectiua existentie Verbi, si tamen absolute existentia humanitatis est, nihil obest, quod existentie Verbi sit ex accidenti respectiua: imò nec si transcendentaliter ad Verbi, & Dei existentiam referretur, sicut in communi opinione creata omni existentia refertur: & in nostra quidem humanitas Christi non nisi dependenter ab vnione ad Verbum existentiam habet, vt pars sit, ac non substantia indiuidua totalis, & persona creatiua, a dicta d. proem. q. 2.

QVÆSTIO II.

An sola volitione, atque intellectu diuini Christi humanitas voluerit formaliter, & intellexerit.



VÆSTIO hæc de facto nunc examinatur, vt errores Monothelitarum, & similitum auctoritate Patrum, & Conciliorum, cum hac de re tum de dogmatibus alijs, quæ inde pendent propulserunt de possibili autem questione tertia disputabitur, vt philosophicis etiam momentis veritas catholica consistat.

CERTAMEN I.

Monothelitarum error, eiusque Patroni ex parte recensentur, ab eoque liberatur Honorius.

Monophysitæ, quia apparentem solum humanitatem non solidam, ac veram Christo Domino tribuebant consequenter humanam voluntatem eiusque actum Christo denegabant: solumque ei, & voluntatem, & volitionem concedebant diuinam, sicuti, & intellectum, & sapientiam. Consentiebant profus Apollinarius cum Deum pro anima corpori Christi solummodo concederet. Quorum fundamenta contr. 1. disp. 1. quæst. 2. radicibus couellebamus. Nunc autem cum solis Monothelitis, conferenda est manus. Quorum error à patribus scholasticis, vt alia theologice eruditionis plura, non satis intellectus à nostro Val. d. 73. cap. 1. accurate est proplatus. Agebant ergo in Christo duas naturas cum suis quaque facultatibus esse; Cæterum solum dari in eo actum voluntatis diuinæ, quæ materiales etiam humanitatis facultates ad suas quæque operas, & applicarentur, & mouerentur: quas ideo Theandricas, Deique viriles nominabant: qui error ex alio manabat. Putabant enim actum quemuis voluntatis humanæ diuinæ oppositum necessario, ac proinde peccatum esse: quare ne in Christo peccatum admitteret, atque in eodem ipsius supposito voluntates repugnantes actum voluntatis humanæ Christo denegarunt. Constant hæc ex Mæchario Patriarcha Anthiocheo sectæ huius Principe in sua confess. 6. Synod. tract. 2. ab hoc errore steterunt Stephanus Polichronius. Cyrus Alexandrin. & Theodorus Pharensis. epist. ad Michaëlem Bulgariæ Principem de septem Synodis cap. de 6. Synodo. Steterunt etiam Sergius Pyrrus, & Paulus Patriarchæ Constantinopolitani. Addit Valq. Typum quemdam Pauli discipulum, sed Typus hic non homo quidem, sed formula fidei suæ fuit data à paulo ad concilium Lateranense sub Martino 1. vt constat ex consule. 4. eius Concilij Lorca d. 69. n. Granad. tract. 13. de incarnat. disputat. 1. numer. 31. sine negari etiam Christo à Monothelitis asserunt creatam humanam scientiam, neque immerito cum ita Monothelitæ cuiusdam confessionem referat Agatho in sua epist. act. 4. 6. Synod. & vnam esse eandemque vniuersi Domini nostri Iesu Christi, & Deo dignam sapientiam, scientiamque omnium, & cogitationem secundum vtrumque: id est secundum eius diuinitatem, & humanitatem: quia & vnam operationem consistit Deo dignam, sicut superioris dictum est. quo spectat Synod. 6. act. 4. & 8. definitio. Consiuemur in Christo omnia duplicia, quæ ad naturas pertinent. duas naturas eius predicamur: & vnamquamque proprietates naturales habere confitemur, diuinam omnia, quæ diuinam. humanam omnia, quæ humana absque peccato.

2 Ad Monothelismi partes accessisti ferunt, & antiqui Monothelitæ, & Iuniores Honorium Pap. 1. quos imitatur Canus. 6. de locis cap. vi. s. Hinc loco. sed mallem aliquid piæ saltem exultationis SS. pontific. Melchiorre Cano, quam Erasmi error impentam verbis hilce; qui Phocam scribunt infuisse Romanam Ecclesiam esse Ecclesiarum caput, piæ quidem, forsas id: sed imprudenter scripserunt. Fundamenta sunt, Primum quod a Synodo actu decimo-tertio, columna tertia damnatis Monothelitis damnatur Honorius eo quod (aiunt Patres) inuenimus per scripta, quæ ab eo facta sunt ad Sergium, quia in omnibus eius mensum secutus est, & impia dogmata confirmant. Argue sub actionis eiusdem finem: Comprimus (inquiunt) in eandem impietatem concurrete, nempe Honorium. Tertium fundamentum est ex epist. 1. Honorij eiusdem ad Sergium, in qua versus med. ita habetur: vnde & vnam voluntatem fatemur Domini nostri Iesu Christi. Quartum denique fundamentum, quia, & in alijs posterioribus Concilijs ea Honorij damnatio refertur, nec iubetur expungi: quod est tacita, vt minimum damnationis eiusmodi approbatio: atque hæc quidem fundamenta sunt omnia, vt tanto Pontifici Monothelismus adscribatur, quæ quam sint infirma erugius quibus comperiet, nolque ea singulatim, summatimque percurrendo pro minus eruditus, & curiosis aperta eruditione, facillique disiciemus.

3 Et in primis, vt testimonium ex Honorij epist. recitatum intelligatur, & quæ ex illo sexta Synodus de Honorio iudicasse dicitur, sciendum est: Honorium non alias quam ex epistola Sergij Monothelitarum errorem, & doctrinam cognouisse; Sergius autem in eis literis quæ extant 6. Synodo actu 12. inter principium, & finem, non vt suam, sed aliorum causam, Monothelismum proponit, Catholicum agens, quidque in ea sentiendum sit initio Romanæ sedis iudicio submittens: deinde ait, se ita de vna, vel duplici Christi operatione litem subortam componere, ne vna, vel duplex dicatur, sed ex vno (eius verba sunt) eodemque incarnato Deo verbo, sicut iam sumus assati, omnem diuinam, atque humanam operationem procedere. Hoc autem nos Leo, Dei portitor instruit manifestè perhibens. Agit enim veraque forma cum alterius communiõne, quod proprium habet. quo Leonis testimonio contra Monothelismum acriter pugnarunt. S. Maximin. disp. cum Pyrrho Danascen. 3. de fide cap. 15. fin. Agatho Papa cum Synodo Romana epist. 1. ad Imperatores Tiber. Heracl. & Augustum versus fin. Synodi 6. eam epistolam, & testimonium Leonis admittentis, insuper paulo post epistola Honorij med. sic ex Sergij relatione legitur: insuper, & ei consequens sit predicere duas voluntates contrarietatem. circa inuicem habentes tanquam Dei quidem verbo salutarem volentem adimplere passionem, humanitate vero eius obistente voluntati. quæ nomine diuersarum operationum Christi, a voluntate humana, & diuina non diuersitas physica, sed moralis auersitas intelligeretur à Monothelitis: nomine autem vnitatis operationis non physica sed moralis omnimodi consensus, & concordia. quemadmodum, qui aliter sentiunt, aut volunt vno; tam latine, quam hispanè diuersarum voluntatum, ac iudiciorum dicuntur; qui autem non aliter sed eodem modo sentent, idemque volunt vnius voluntatis nonstantur. hispanè son de diuerso parere, vel contra delinno. Latine vero quot capita tot sententia. cum tamen plurium iudicia & affectus, licet moraliter concordent, nequeant non physicam diuersitatem habere: itaque, siue simulatè loqueretur Sergius Honorio, siue ex animo, sentus, qui ex eius litteris percipiebatur Catholicus erat quare licet alias suspensa fidei haberetur, ex eius tamen epistola Patres, atque eius concilij præses Martin. 1. epist. ad vniuersos Christi fideles post inie. Sergio Monothelismum tribuere certo ausi non sunt, dum eius hæresis parronos recensent, sed dubitanter. Sergius vel eius successores Pyrrhus, & Paulus.

4 Cum ergo Sergius in ea epist. Catholicum simulantem Catholico sensu loqueretur, quomodo, Honorius ei assentiens, neque aliunde animum, si forte tunc subdolus

dolus erat, percellens Monothel. haberi potest? cū ergo vnam in Christo fateretur voluntatem intelligit vnā moraliter per conformitatem humanæ volunt. cum diu. non physicē vnā, sed diuersas, non tamen aduersas; ex physica diuersitate operationum voluntatis diuinæ, & humanæ in Christo non inferri contrarietatem quam ex Monothelitis aliis referebat. Sergius multis probat Honorius postellius epist. med. Primo ex idiomatum communicatione, quæ in Christo ratione vnionis hyposthaticæ inuenitur, quæ duplici voluntati repugnanti locum in illo non dat. Secundo quia voluntas humana diuinæ contraria solum esset ex natura corrupta per peccatum. At postea, ait, à diuinitate assumpta est nostra natura, non culpa illa profecto natura, quæ ante peccatum creata est, id est illius conditionis, non quæ post peccatum vitiosa, id est, vt post pauca scribit, nullum experiens contagium vitiosæ nature: quare inquit tacite voluntas humana Christi, nequit esse aduersa diuinæ, à qua deserta est. Tercio idem probat versus epist. fin. illud Corinth. 1. num. 12. diuisiones operationum sunt idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Sic ad idem institutum expendens: si enim in alijs, id est, in membris suis, Spiritus Christi multis modis operatur, in quo viuunt, & mouentur, & sunt quanto magis per semetipsum mediatorem Dei, & hominum, plene ac perfecte, multisque modis, & ineffabilibus confiteri nos communionem vtriusque nature conuenit operatur? Quasi dicat non vnitatem physicæ coniunctas naturas tot tantisque operationibus sibi conformiter operari facit Spiritus Christi: ergo multo pluribus imo in omnibus, naturam sibi vnitatem physicæ, eiusque voluntatem sibi conformiter facit operari.

5 Stet ergo diuersas Christi operationes voluntatis diuinæ, & humanæ ab Honorio non negatas, sed solum sibi aduersas: ac proinde moraliter solum, non physicē vnā vtramque esse prædicatam, vt testis auritus, oculatusque est Honorij secretarius zelo, & digoitibus celeberrimus, ac epistolæ illius amanuentis apud S. Maximum. Mart. disp. cum Pyrrho col. 18. sic eius propositionis sensum, atque Honorij mentem explicans: quod in Christo, vt homine vna tantum fuisset voluntas, seu, quod non fuisset pugna voluntatum, & appetitionum, qualis est in nobis. Lege scilicet membrorum repugnante legi mentis. idemque secretarius apud Baronium. t. 8. anno. 633. §. sed præstat in his. Atque apud Severin. Binium noua editione conciliatione 13. Synodi 6. ait: vnam voluntatem Domini diximus non diuinitatis eius, & humanitati. Cum enim scripsisset Sergius esse, qui diceret in Christo duas contrarias voluntates, rescriptissimus Christum non habere duas contrarias voluntates, carnis inquam, & Spiritus, vt nos habemus post transgressionem, sed vnam tantam, quæ naturaliter humanitatis eius nota essentialis est id ita esse euidenter demonstratur, quod membrorum, & carnis facta est mentio, quæ diuinitati quoque eius non possunt attribui. Quæ solutio, siue explicatio, licet alia videatur: eadem tamen est, cum contrarietas voluntatis carnis cum Spiritus voluntate sit etiam contrarietas cum voluntate Dei cui semper est voluntas Spiritus conformis. Adde Honorium, sub eius epistolæ initium ita scribere de Christo Domino Operaturum diuinam, mediā humanitate Verbo, & Deo naturaliter vnita eundemque operaturum humana ineffabiliter. Post pauca. Passiones, & opprobria pertulit. Tolerantia, ac tristitia dolorum, passionis &c. Dum conflet diuinitatem nullas posse perpeti humanas passiones. Atque ad epist. finem concludit. Hæc vobis cum fraternitas vestra prædicat, sicut & nos ea vobiscum vnanimitè prædicamus hortantes vos, vt vnus, vel gemine noue vocis inductum operationis, vocabulum auferentes vnus nobiscum Dominum Iesum Christum Filium Dei vni, Deum verissimum operaturum in duabus naturis diuinitus, atque humanitus fide orthodoxa, atque vnitatem Catholicam prædicetis. Repetit exhortationem eandem epist. 2. ad Sergium ter, non semel, vt nouitate vocis duplicis operationis, nempe moraliter diuersæ, id est aduersæ, misa vnum Dominum Iesum Christum in vtraque natura quæ cuiusque sunt propria inconfuse, (ne eutycheizetur, & confundantur operationes physicæ in vnam, quo sensu nouæ vocis erant) indifferet, & indiuisæ id est sine

repug. contrarietate, operari. Prudenter autē noluit tunc ante maturā Ecclesiæ discussionem percellere res graues, licet de nomine, quæstionem desinere. Dico act. 12. & 13. sine §. Habet autem: vtraque veritas Baronium anno 633.

6 Vnde constat 6. Synod. si verè damnauit Honorium suspicione falsa ductam effrasse quia verbis catholicis quidem, Sergio confenserat, quem iam, & fama publica & ecclésiæ sua sine Monothelismi expositione damnauerat. Nec mirum est effrasse locum deprehensum in quo humor effrasse in delinquentem declarationem, & legatorum institutionem in damnationem ad imperat. col. 2. vbi habetur: Licentiam prædicandi auctoritatem dedimus apud tranquillissimum vestrum imperium (dum iusserit eius clementia) similitè satisfactionem quantam eis dumtaxat iniunctum est, vt nihil præsumant, quod inuenire, vel mutare, sed traditionem huius Apostolicæ sedis, vt à prædecessoribus Apostolicis Pontificibus illis est sinceriter enarrate. Quibus non solum constat commissionem Pontificis, ac proinde per eum damnatum à 6. Synodo fuisse Honorium. Sed etiam damnationem ab hæreticis Monothelismis fuisse acceptam. Si quidem in prædecessoribus Agathonis, & Honorij numeratur; & clarius ad epist. init. Vnde & Apostolicæ memorie mee paruitatis prædecessores Domini aduocatis instructi, ex quo nouitatem hæreticam in Ecclesiis Constantinopolitanæ Ecclesiæ Presules intrudere conabantur, quam neglexerunt exhortari, atque obsecrando commone, vt à prauis dogmatis errore saltem tacendo, desisterent. An non Honorium, qui nascitur monothelismo Sergium horrabatur locis recitatis, citatisque num. 5. post med. quæ digito demonstrat monothelismo obfissentem? Cum ergo epistola hæc Agathonis ad Imperator. Constantin. Pogonatum, & altera eiusdem, & concilij sub ipsius acti ad imperatorem eundem contra Monothelismum in quibus catholicam veritatem à suis prædecessoribus traditam Agatho testatur in 6. Synodo fuerint perstr. ac Synodus act. 17. in confes. fidei de ita scribitur: expansis manibus amplectitur tam suggestionem, quæ à Imperatissimo Agathone Papa antiquæ Romæ facta est ad Constantinum piissimum, atque fidelissimum nostrum Imperatorem, qui nominatim abiecit reos, qui docuerunt, vel prædicauerunt (sicut superius dictum est) vnam voluntatem, & vnam operationem. Quo pacto, nisi sibi contradicac Synodus Honorio, & Agathone inter prædecessores suos monothelismum obfissentem numeratum de monothelismo damnata.

7 Accedit quod ad 6. Synodum Honorij epistola ad Sergium, quibus Monothelismum reiecit, Patrumque testimonij confutat, quos, (vt Agathonis verba in sua illa epist. col. 2. vtr) Apostolica Ecclesia suscipit. Vnde legatos Agathonis videantur perlatæ. Deinde ante sextam Synodum Honorius à suis successoribus vindicatus hac hæreticorum impostura fuerat. Immediato enim ipsius successore Severino Heraclij, & ministrorum rextationibus, quod Sergij ecclésiæ non probaret ante annum enecto, Ioannes. 4. successit. Hic cum quodam pro Monothelismo à Patriarchis Constantinopolitanis Honorium Severino antecessori obiectum iussu Honorij Secretarium eius mentem exponere, vt prædictis verbis datis num. 5. Rufus cum Theodoro Ioannis 4. successore Paulus Constantinopolitanus. dignitate ob monothelism de positus Honorium pro sua doctrina allegaret, tanquam aperte falsum allegans neglectus neque satisfactionem meruit: cum pro Honorij fide abunde, & feliciter Romæ. S. Maxim. cum Pyrrho recenter disputasset. Theodoro successit Martinus I qui contra Monothelismum pugnans martyrio tandem coronatus est. sub eo Concil. Laceranense actum contra Monothelismum fuit S. Maxim. eiusdem causæ Martyris hortatu in quo cum Pauli epistola pro se iterum citantis inter alios Honorium legeretur Maximi Aquileiensis

leientis ore respondit Concilium, venerunt Principes huius novitatis, id est Cyrus, Sergius, Pyrrhus, & Paulus, & in nobis de suis inveniunt nihil: licet propterea calumniarios irrationabiliter studuerint, quod facere solent heretici suam ex hoc cooperire demerentiam proferentes. Ipseque Martinus 1. epist. ad universos Christi fideles post Concilij finem: Sic ait, Catholica recordationis antecessores nostri Pontifices, in quibus Honorius, non deservierunt admonentes eos, & contestantes recedere à sua huiusmodi heresi. Martino successit Eugenius, cui Vitalianus, huic vero à Deo datus, post quem donus. Hunc Constantinus Pogonat. rogavit, ut suos ad concilium legatos mitteret, oratumque se à Monothelitis enixè scripsit, ut Vitaliani nomen è sacris diphychis deleteretur, retineretur Honorij 1. de Vitalio delendo precibus non acquievit Donus rescribens. Hoc quidem, vispatè omnem aequalitatem servantes, & virosque orthodoxos habentes. Dono successit Agatho, qui egregiè, ut vidimus num. 6. quique autoritate Apostolica legatos ad 6. Synodum misit. Cum ergo tam legati, quam Patres Concilij, & Honorij epistolis, & Agathonis atque tot Pontificum antecessorum Agathonis integram, atque à Monothelitis suspicione Honorij fidem haberent, quomodo sciebat monothelismum Honorio Patres imponere quomodo legati adeo veritatis consilij non modo imponi paterentur, sed è ipsi subscriberent? maxime cum adeo solerter iussa Agathonis fuerint contra monothelismum executi, atque ea Honorij condemnatio non solum præter, sed contra Agathonis iussa foret: imò contera ius sacre Pontificem mortuum, qui nunquam apud occidentales cum quibus vixerat, & apud quos obierat, imò neque apud bonæ notæ Græcos, & qui, ut sanctè vitæ functus honorificè humatus, atque in sacris diphychis scriptus fuit, & conservatus à Dono, male de monothelisi audierat, ut hæreticum damnare. Cum Ecclesia mortuos hereticos claros nisi constet in sua hæresi obitatos obisse nunquam condemnari: tuncque è sacro exhumari, & è sacris diphychis nomen eius expungi iusserit, ut constat ex 4. & 5. Synodo in causis Iba, & aliorum, & ex constanti Ecclesiæ usu.

8 Ex quibus apertè conuincitur eam Honorij damnationem Synodo 6. Græcorum perfidia supposititiam esse, ut suam causam tanti Pontificis autoritate meliorem redderent. Sicut similibus malitia corruptum concilium generale 5. deprehendit sexta Synodus act. 12. & 14. suamque epistolam ad Flavian. Leo ipse epist. 83. ad Palestin. Synodum item Calcedonensem Gregorius lib. 5. epist. 14. ad Narsem. vbi idem cum Ephesina factum suspicatur. Sicut & Nicolaus 1. cum epistola Adriani 1. ad quam Michaelis Imperatorem remittens in epistola ad ipsum ait: Si tamen non falsata est more Græcorum. Nec vana est Nicolai suspicio: nam quæ ipse epistola ad Photium ex epistola Adriani allegat non extant in hac prout in Synodo 7. recitatur, quæ omnia, atque alia ad rem hanc plura eruditè obseruat Bellarminus citatus: si ergo tertiam, quartam, quintam, & septimam Synodum Græcorum Hæreticorum perfidia vitiauit: quidni sextam maiori suo comòdo in Honorij damnatione corruerit? præsertim cum immediatè post Synodum 6. tot Episcopi hæretici Trullanos canones contra Romanæ Ecclesiæ autoritatem ibidem fecerint, atque ita censent Baronius anno 680. Binus ad act. 13. Synodi 6. Theophanes Græcus scriptor teste Anastasio bibliothecario in Honorio: neque minus corrupta in Honorio recensendo, damnamdoque, cum Monothelitis habenda est epistola Leonis 2. ad Constantinum Pogonatium relata post Synodi 6. finem similiter Bedæ Cathalogus Monothelitarum, in quo numeratur Honorius, non quidem lib. de natura rerum cap. 67. (ut citat Canus) qui tot capitibus non constat, sed lib. de seculatibus mundi anno 639. qui ab aliquo sciole ob supposititiam illam Synodi 6. damnationem corruptus ea in re fuit: qui enim Beda Honorium in Monothelitis nominaret, quem 2. histor. Anglica cap. 17. 18. & 19. egregium Pontificem laudat, atque in vita S. Bertol. doctrina clarum ve-

nerabilem, beatum, sanctumque compellat, ut bene arguit Bellarmin. citandus. Porro 7. Synodus non damnat Honorium act. ult. sed sine causa examine sextæ damnationem transcribit. Inflat Canus Synodo 8. act. 7. referri, & approbati epistolam Concilij Romani sub Adriano 2. vbi Honorius autoritate Adis Apostolicæ à Synodo 6. damnatus dicitur merito, quia, addit Canus, Agatho epist. ad 6. Synodum Honorium anathematizat, ut constat ex act. 4. omnia sunt falsa: nam 8. Synodus act. 7. epistola Concilij Romani solum ait, illicitam fore damnationem defuncti Honorij ab orientilibus, nisi primæ Romanæ sedis consensus præcessisset: quibus neque factam damnationem affirmat, nec sedis Romanæ præcessisse consensum epistola Agathonis ad 6. Synodum nulla fuit, neque act. 4. neque vliquam alibi, sed solum duæ ad Imperatorem Constantinum 4. Pogonatium, in quibus, ut vidimus, Honorius Catholicus per omnia Pontifex habetur. Sed dices tandem Sergium quinquennio post epistolam ad Honorium, hoc adhuc superstitè ethesim scripsisse, cui non constat reclamasse Honorium. Sed oporteret ostendere consensisse: nam silentium potuit clamandi oportunitatem expectare: Tandem accedant Doctores præter datos. Damascen. lib. de hæresibus reperto, translato, atque eruditè annotato per Frontonem Ducem editione Damasceni Paris. anno 1616. sine versu Monothelitarum, Photius Patriarcha Constantinop. epist. ad Michael Bulgariæ Princip. de 7. Synodis in sexta Zonaras in vita Constantini 4. Pogonati, qui singuli Monothelitas singularim recensentes: etiam in 6. Synodo damnatos, nunquam in eis Honorium recensent: cum tamen si in eorum errore fuisset de eoque à 6. Synodo damnatus, ut sectæ illius Princeps numerandus foret. Ob hæc sanè, vel omnia, vel ferè ab hac calumnia Honorium merito liberant Paulus Diaconus, Blondus, Nauclerus, Sabellicus, Platina, reliquique præter supra datos Latini Historiographi, Petrus Hurtado, & Bernal. quibus, & nos, reliqui subscribere debemus.

CERTAMEN II.

Monothelismus confutatus, ac difficilis Lateranensis locus illustratus.

1 Contra hunc Monothelitarum errorem pugnant acriter Patres Synodi 6. sub Agathone Pa. act. 4. 8. 11. & 18. atque Agatho ipse epist. ad Heracl. & Tyber. & epist. decretali instructionis legatorum, quos ad eam Synodum misit, receptaque ab illa fuit act. 18. Patres insuper Concilij Lateran. sub Martino 1. consultat. 5. can. 11. 12. 13. & 14. Patres item Synodi 7. in confess. fid. Patres Concilij Florentini sub Eugen. 4. sess. vlt. in decreto Eugenij 3. qui omnes hanc hæresim damnant ex Matth. 26. Non sicut ego volo, sed sicut tu. Ioann. 5. Non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Luce 22. Non mea voluntas, sed tua fiat. In quibus alter ineffaciter voluisse Christum voluntate humana, quam Pater, & ipse vellent diuina manifestum prorsus est, ac proinde Christum non sola voluntate diuina, qua hominem voluisse. Secundo, ut ostendimus disp. 2. quæst. 3. Christus qua homo perfectè Deo, ac strictè obediuit: non potuit autem obedire acti voluntatis diuina: ergo acti voluntatis humana: ergo non fuit in Christo sola volitio diuina, sed & humana. Adde plura ex dictis contra Apollinarem controu. 1. d. 1. Item plura ex dicendis de timore, & tristitia Christi, quæ dubio procul actus voluntatis humanae sunt, nec minus certo in Christo fuerunt. Videnda præterea contra hunc errorem sunt testimonia Patrum, à citatis Conciliis, & Pontificibus contra eum recitata datis locis: deinde S. Maximus disput. cum Pyrrho Damasc. 3. de fide capite 14. & 15. & libro de duabus Christi voluntatibus, ac lib. Quomodo ad imaginem Dei facti sumus.


sumus. & loco citato ex libro de hæresibus.

2. Sed persequamur erroris huius præcipuum absurdum: etenim sub latu à Christo actibus humanæ voluntatis, omne proflus meritum aboletur. Patet; quia meritum in volitione diuinæ esse non potest. Cum Christus per istam mereri, qua Deus nequeat, ut omnibus inconfesso est: sed neque, qua homo: siquidem in potestate illius, qua homo est, stat volitionis diuinæ exercitium, eiusque negatio. Unde neque in actibus externis vlla erit Christo libertas, aut meritum: cum in potestate humanitatis Christi, arbitriique humani domini illos elicere, vel cohibere absolute non staret: siquidem posita volitione diuinæ, ut elicerentur, non elici non possent, ablatæque elici nequirent, (nisi fortè à materiali appetitu, si huic proprium actum Monothelitarum inconsequenter concedant, in quo sicut nulla libertas est, ita neque in externis operationibus ab ipso profectis libertas, & meritum ab eo potest communicari) Dei quippè volitio de factò non alia ratione cum externis humanitatis Christi operationibus, atque cum nostris comparatur: non enim verbum, quia humanitati vitium speciali concu su influxuque ad humanitatis opera concurrerit, sed solo generali Trinitati communi, quod nostra etiam edenda cooperatur; licet eius volitio in hoc errore humanam suppleret, quæ in humanitatis arbitrio non esset, ut diximus. An verò extranea, & alterius naturæ volitione, (& idem est intellectio) alterius voluntas intelligere, atque amare possit, anque ita contingit humanitati Christi, ut non solum propriis suis hisce actibus, sed & diuinis etiam amauerit, & intellexerit, res est liberior, nec censura digna pars alterutra, quæstioneque 3. examinanda, ubi hic etiam Monothelitarum error philosophicis momentis impugnabitur. Huius erroris vero fundamenta de Christi impeccabilitate petita infirma sunt. Potuit enim actu voluntatis creatæ efficaci, se conformare diuino, licet in ipso essent affectus naturales inefficaces: sicut aiebat Paulus: *Non quod volo bonum hoc ago*: in quibus nihil indecentiæ, & imperfectionis est, sed summa, cum opposita voluntate efficaci superantur, perfectio.

3. Occasione huius erroris con futandi difficilia verba protulit hæc Lateran. Concilium sub Martino 1. consultat. 5. Can. 15. *Si quis secundum scelerosos Hæreticos Dei virilem operationem, quod Græci dicunt *Deo spiritali* unam operationem inspicienter suscipit, non autem duplicem esse consistetur secundum sanctos Patres, aut ipsam, Dei viribus, que posita est, nouam vocabuli dictionem vnus esse designatam, sed in vtriusque mirifice vnionis demonstratam. condemnatus sit, ergo affectus humanus Christi, qui vnica operatio est Theandrica, seu Dei virilis dici nequit: quod est contra Dionys. epist. 4. ad Caium Damascen. 3. de fide c. 15. Theologos omnes, & rationem: cum ille affectus sit vnica operatio hominis Dei, ac proinde Dei virilis, sua Theandrica: sed tamen ex concilij instituto facilem habent verba exp. catum. Definiebatur enim ibi contra Monothelitas, ut diximus, qui vnica operationis nomine actum voluntatis diuinæ tantum in Christo admittebant, licet externos actus (quos non operationes, sed motus appellabant) à volitione diuinæ despotice imperatos in Christi humanitate faterentur: solum ergo damnatur, qui Dei virilem operationem sola volitione diuinæ, atque externa creatæ ab ea, non à volitione humana proueniente consistere docuerit; non autem, qui doceat sola volitione humana Christi consistere dignificata à Deo verbo vnito humanitati operanti: quo sensu, & à citatis patribus, & Theologis operatio Theandrica, ac Dei virilis vsurpatur, & ratione probatur efformata, atque expressè à Lateranensi Concilio admissa extremis illis verbis: *Sed in vtriusque mirifice vnionis demonstratam.**

4. Duplex igitur est Theandrica, seu Dei virilis operationis apud Patres Catholice acceptio, ut bene, ac eruditè Vasquez obseruat d. 5. cap. 5. numero 39. Altera in ratione meriti, altera in ratione actiuitatis: & Theandrica quidem in ratione meriti nihil à volitione

diuina trahit: sed solum à sanctitate, & dignitate verbi, ac Deitatis, cui humanitas operans est vnita: idque in genere causæ formalis, quam ob rem Nazianz. orat. 36. 4. de Theolog. ipsum velle hominis Christi *Desideratum esse*, aiebat: ex quo phrasim ebibisse visus est Sophron. epistola citata, & approbata Synodo 6. act. 11. & Damascen. 3. de fide capite 15. longè aote suo. hæc habet: *Non enim humano modo factitabat, ut qui non homo solum, sed etiam Deus. Vnde etiam ipsius passiones, vniuersæ, ac salutariter existerunt.* Theodor. Episcop. Anciran. hom. narrat. c. 6. Concil. Ephes. capite 10. circa fin. *Mors namque, veluti ipsius Dei facta, mortem demolitur: nam qui mortuus simul Deus, & homo erat.* & capite 2. eiusdem Concilij idem hom. alia de naturate contra Nestorium qui hominis Christi passionem Deo adiungere volebat inferat. *Ergo nec sanare eum passiones hominum dicit, neque crucem sustinisse virtutem diaboli, neque nostrum peccatum affixisse ligno, neque propriis passionibus sanasse hominum passiones, neque morte dicit eum destruxisse mortem.* Si enim non fecit Deus proprias passiones, vnde passionibus Christi tantarum correctionum sunt factæ virtutes? Sed istæ passiones propria factæ Dei virtutem quidem tantarum correctionum ex diuinitate præceperunt. Quibus affluxisse videtur Dyonis. Alex. epist. contra Paulum Samolatem apud Turriani Hoplotecham inter dicens: *Diuinitatem inquam saluos fecit passione propria, & non humanè.* Theandricè vero, & Dei virilis operationis in ratione actiuitatis acceptio est in operatione miraculorum patriciæ per voluntatem humanam instrumentaliter, per diuinam principaliter, ut explicauerunt Sophronius epist. citata Cyrill. Alex. lib. aduersus Antropomorphitas capite 10. & 21. Leo Pap. 1. epist. 10. ad Flavian. contra Eurychetem capite 4. ante med. Damascen. ubi proximè, & cap. 19. ubi ait Theandricam operationem esse, quod in Christo agit, *altera natura non sine altera.* Quibus fortasse vtrumque Theandricæ operationis genus complexus est.



QVÆSTIO III.

An humanitas Christi, licet non solu, affectibus tamen intellectus, & voluntatis diuine intelligat, & amet de factò etiam an saltem possit.

STATVTIS iam contra Monothelitas actibus propriis humanitatis, quibus ipsa & amet, & intelligat: videndum est, an intelligat, & amet etiam actibus diuinis? An saltem illis intelligere possit, & amare?

CERTAMEN I.

Christi humanitas amore, & intellectu diuinis, neque intellexit vsquam, neque amauit.

HUGO Victorin. t. 3. lib. de sapientia animæ Christi docet eam intellectu diuina intellectu non per essentiam, & suam entitatem, sicut Deus, sed per intellectiois diuinæ communicationem mediâ vnione, id quod, & de eadem ratione videtur dictum. Hugoni consensit Ioannes de Ripa Apud Vasquez disput. 50. cap. 1. & 1.2. disputatione 7. cap. 1. apud Soto. disputacione 24. scctione 2. in quæstione vero de possibili asserturi videntur Agyd. de præsentat. tractatum de beatitudine, pluresque Recentiores Salmantini, qui asserant Beatos posse Deum formaliter videre vnione intricata

increata Dei quætionem hanc de possibili Vafq. non attingit tamen si ratione qua de facto negat, itemus, vel spontè, vel inuitus videtur affirmaturus de possibili. Negat enim de facto q. 50. c. 1. sine, quia humanitas non est vnica proxime, & immediatè intellectiõni, & amori diuinis: alioqui cum operationes communes sint tres personæ plusquam voluntate, & affectu humanitati communicassent. Ex hac igitur ratione (quam pro conclusione de facto, debilem, & inconsequentem ostendam) sic infero: ergo posita vnione immediata humanitatis cum cognitione, & amore diuinis, eis humanitas intelligeret, & amaret: atqui vnio immediata humanitatis cum illis est possibilis ergo possibile etiam est humanitatem Christi intelligere, & amare iuxta hanc rationem, & actibus illis diuinis. Minor est certa dum mihi repugnantiam non exhibeat.

2 Lugo disput. 16. num. 11. atque alij ex Soario eam exhibent repugnantiam quia actus illi diuini non sunt formæ, neque ad eos est humanitatem incompleta sicuti incompleta est respectu personalitatis cui immediatè vnitur. Contra quia licet nihil diuinum forma sit tamen per vnionem sui ad humanitatem effectum formalem illi præstare potest, ac præstat, vt patet in personalitate verbi, quæ humanitatem personam constituit, atque in formalitate diuina, siue Deitas illa, siue persona, siue quæuis alia sit, qua humanitas redditur formaliter sancta, vt dogma Theologicum, imo Catholicum est. Inde etiam impugnatur repugnantia secunda. Etenim, licet humanitas in genere suppositi, ac personæ incompleta non sit respectu actus diuini, quo formaliter fit constituenda persona, vel suppositum, sicut personalitate verbi, aut in ratione intelligentis, & amantis diuinè constituta non est sed incompleta. Secundo illud de complemento humanitatis per personalitatem tanquam per superadditum modum fallum esse ostendebamus d. proem. Aliam repugnantiam assignabis proximè, quod scilicet tota Trinitas non solo affectu communicaret, si huius vnio facta fuisset immediatè ad aliquam Trinitati commune. Sed ostendimus supra id non inferri adhuc de facto, si facta fuisset in communi aliquo solum vt indentificato cum verbi personalitate: neque Patres contra Patripassianos ex huiusmodi vnione humanitatis ad Deitatem, vt verbo indentificatam illam consequentiam deducere, sed ex eo quod Deitati secundum se immediatè vnitam humanitatem assererent, quod est valde diuersum. Secundo absurdum illud de facto absurdum, vt inferri fortasse aliquibus contra Patres videatur, aut de possibili nemo est, qui reputet absurdum, si vnio immediatè humanitatis ad Deitatem fieret: tunc enim non solum verbum vnium humanitati diceretur, solumque passum, sicut modo: imo Patrum argumentum vnionis illius immediatæ ad commune fati ostendit nullam ab eis in vnione humanitatis ad Deitatem repugnantiam agnosci, sed solum in ea, quæ de facto fuit absurdum.

3 Cæterum conclusionem nostram negatiuam de facto docent antiqui omnes, si duos citatos excipias, S. Bonauent in 3. disputatione 14. articulo 2. quæstione 3. vbi sanctus Thomas sæpè quæstione prima, articulo 1. quæstione 20. de veritate articulo 1. Marfil. in 3. disputatione 14. quæstione 10. articulo 2. p. 3. Capreol. quæstione 1. articulo 2. & in 2. disputatione 7. quæstione 2. Vafq. vbi proximè Soar. disputatione 24. sectione 2. Lugo citatus Vvadingo disputatione 6. dubio 1. Bernal. disputatione 33. sectione 1. §. 1. Salas 1. 2. t. 1. tract. 2. disputatione 2. sectione 1. cum aliis. Nostri Vafquij ratio, quæ nec Soario displicet, nec Lugo posita à nobis fuit numer. 2. Nobis autem displicet prorsus. Primo: quia, vt eodem numero tetigimus lateque supra ostendimus controuersia prima, vnionem humanitatis immediatè ad totam personam vbi, quare, & ad Deitatem essentialiter in persona vbi inclusam, ac communia reliqua terminari, nec ad solam verbi personalitatem, & fati est probabile: ergo licet immediata vnio ad communia requiratur in humanitate vt actibus diuinis intelligat, & amet de facto illis amabit,

R. P. Christoph. de Ortega de Dei incarnat.

& intelligit. Secundo ea immediata vnio humanitatis ad eos actus non requiritur, vt eis illa formaliter reddatur amans, & intelligens in eorum principiis: quare et si mediatè solum vnatur humanitas actibus diuinis ex eo capite non infertur humanitatem actibus diuinis de facto non intelligere, & amare. Assumptum probò: quia humanitas in horum sententia non vnatur immediatè alicui communi prædicato diuino, sed soli verbi personalitati, quod adeo eis certum est, vt oppositum censura graui dignum putent: atqui in eorum etiam sententia humanitas Christi, vel Dei sanctitate, vel Deitate, vel alio communi redditur formaliter sancta: ergo vt diuina formalitate humanitas talis, vel talis reddatur opus non est, vt ei immediatè, & proximè vnatur humanitas: ergo in eorum principiis, licet humanitas non vnatur immediatè, & proximè actibus diuinis poterit tamen illis amare, & intelligere: quare ratio hæc à fundamentis subruitur.

4 Ab autoritate adeo certam conclusionem æstimat Salas cum aliis, vt definitam putent ab Agathone, Leone, & sexta Synodo citatis: ego vero definitam inficio. Solum enim contenderunt Leo contra Eutychem, Agatho, & Concilium contra Monothelitas fuisse in Christo volitionem creatam nihil statuentes, an etiam simul amauerit volitione diuina, de quo quæstio non erat: Vnde ex eorum principiis certo deducitur fuisse etiam in illo creatam intellectiõnem: Leo quidem vt ex diuersitate actuum diuersitatem naturarum statueret. Hinc eius testimonium approbatum à Synodo sexta, actu septimo: multum efficacæ ad horum Doctorem intentum remittit. *Nec enim, ait, in quo quam vniam dabimus naturalem operationem, Dei, & creaturæ, vitalem vtique, secus non vitalem, vt neque quod creatum est, in diuinam inducamus naturam; Cuius operationis vitalis immanentia per identitatem est, neque, quod eximum est diuine naturæ, vt potè vitalis eius operatio, ad competentem creaturæ locum deiciamus.* Sensus ergo est, nec operationes vitales volitionis, (& idem est intellectiõnis) posse esse confusas; quare neque naturas, vt Eutyches volebat: quia operatio vitalis Dei debet esse idem cum Deo: quare si operatio vitalis amoris in Christo humana erat, quia in humanam conuersa fuerat natura diuina non posse esse Dei amorem; Si autem humana fuerat in diuinam conuersa non posse esse hominis amorem, qui non poterat non esse creatura, si creaturæ vitalis operatio, & amor esset saltem connaturalis, an vero operatione vitali Dei, eiusque termino non quidem vitaliter, nec naturaliter alias posset amare voluntas creata: nihil ad suum intentum conduceret non definit, sed ex diuersis Christi voluntatibus diuersas argui naturas: quia debent habere diuersa principia saltem connaturalia, & contra duplici principio duplicem connaturalem operationem, rectè contra Monothelitas eo testimonio, & argumento vitur sexta Synodus: cum ij duplex principium, & naturas duas in Christo cognoscerent, quibus duplex connaturalis operatio debebatur.

5 At inquit Bernal. paragrapho secundo. Hæretici ad Cachinos riderent Leonis discursum, ita intellectum. Ipsi enim non assererant humanitatem, tanquam operatione ipsi connaturali, & debita, De i intellectiõne, & volitione intelligere, & amare, sed tanquam per actum, neque ab ipsa effectum, neque ipsi debitum, sed indebitum, & per indebitam sui cum illo coniunctionem. Monui in primis Leonem contra errorem Eutychemis, non autem contra Monothelitas. Scripsisse secundo, Synodum 6. bene intulisse, nec ridiculè ex natura humana ab eis admittenda debere concedi ab ipsis connaturalem illi operationem, nec solum diuinam ex Leonis testimonio, & discursu, id quod solum contendeabant. Tertio si ridicula ea argumentatio est, Bernal. paragrapho tertio, eius titulum sic terminat: *Habuisse Christus scientiam creatam etiam si sciens fuisset per incretam:* atque hoc eodem Leonis, & Synodi 6. discursu in primis probat: eandem patitur explanationem

O o o

tionem testimonium Agathonis aliud, atque aliud eiusdem Synodi act. 4. pro eorum Doctorum intento. Etenim quoad naturam rationem attinet, vtrumque loquitur, quod negantibus definitum super hoc aliquid fuisse factis erit; vtrumque hanc abstruam ego aduersarios definitam sit ab eis Patribus impossibilitas amandi, & intelligendi humanitatem Christi actibus diuinis: negabunt omnes id esse definitum, sed inde negare debent definitum esse de facto: nam definitio de facto debebat esse ex aliquo scripturae loco, vel expressa propositione Concilij, aut discursu reuelato, & definito quod nihil tale extat, nisi quatenus admittendam probat in Christo volitionem creatam humanitatis: quatenus autem probat negationem amandi, aut intelligendi actibus diuinis eodem modo probat discursus de possibili. Imo à ratione probari hanc conclusionem non aliter posse cenfeo, quam probata impossibilitate, siue ab impossibili, de quo cert. seq.

CERTAMEN II.

Impossibile est humanitatem Christi actibus diuinis intelligere, vel amare.

1. **A** Quæ ferè est conclusio negatiua de possibili, atque de facto communis, & iure quidem. Si enim possibile humanitati sit actibus diuinis intelligere vel amare, cum maxima humanitatis perfectio sit, vniuerso verbo de facto negari haud facillè poterit. Probat Bernal. quia cognitio in creatura humanitas comprehendere Deum impossibilem à creatura: quia cognitio in creatura essentialiter est Dei comprehensio. Resp. aliqui non posse cognitionem in creatura vniuerso humanitati secundum omnes sui formalitates. Impugnat Bern. quia non est maior ratio, ut possit secundum vnâ, quâ ut possit secundum omnes: cum tamen implicatio in vniuerso secundum omnes sit, non autem secundum vnâ, vel aliquis impugnet melius, quod cognitio diuina est formalitas indiuisibilis è suoque indiuisibili adhuc formaliter, conceptu infinita in genere cognitionis, sicut de quavis formalitate, & prædicato diuino sæpè monstrauimus: ergo implicat vniuerso humanitatem cognitioni diuinæ secundum vnâ formalitatem, ac non secundum omnes. Respondent secundo idem requiri à pluribus æqualitatem inter cognoscentem, & cognitum ad comprehensionem, quæ posita etiam cognitione diuina in humanitate cognoscente non esset inter hanc & Deum, sed contra: quia licet ea æqualitas requiratur inter obiectum, & cognoscentem elicitiuè ad comprehensionem, secus cum cognoscente non elicite comprehensionem, sed solum illam aliunde elicitam accipit se mere passiuè, aut quasi passiuè habendo: ut in nostro casu contingit.

2. Infimius arguit Bernal. idem argumento alio, quod pluribus gratum fore sperat num. 17. quia inquit, si Dei cognitione humanitas cognosceret, cum diuina cognitio inuariata sola obiecti extrinseci positione illud repræsentet, atque à motione eademmet cognitio diuina illud non repræsentet, fieret humanitatem sine vlla Physica, vel reali sui mutatione cognoscere in hoc instanti obiecta, quæ in proximo non cognouisset, in quo obiecta quæ nunc sunt, non existebant: hoc autem est implicatorium, quod vix ob Dei infinitatem, & eminentissimam virtutis cognoscentiæ excellentiam in Deo saluatur. Sed tamen nescio qua spe gratum aliis fore confidebat argumentum, quod ipsi vno ex capite tandem displicuit, cum ex pluribus posset? Etenim neque absurdum aliquid inferretur, si concluderetur intentum argumenti, neque intentum concluditur. Etenim non concluditur modo cognoscere cognitione diuina, quæ antea non cognoscebat sine vlla mutatione reali humanitatem, vel enim antea etiam cognoscebat cognitione diuina, qua tunc etiam informaretur, vel neque

ea informabatur, nec cognoscebat humanitas, si postmodum hoc: cum nunc cognoscit quæ antea non cognoscebat mutatio realis à deit informationis, siue vniuerso diuinæ cognitionis quæ immediatè antea humanitati non aderat. Si primum sicut Deo semper repræsentata cognitio diuina eadem, & omnia quæ ab æterno repræsentabantur ita ab instanti primo vniuerso humanitati eadem, & omnia semper humanitati repræsentarentur: quare non cognosceret nunc, quod antea non cognoscebat difficultas autem re vera est, an eadem repræsentata casu quo aliqua obiecta, quæ aliquando sunt, nunquam essent? Si enim cognosceret cognitio esset falsa, quod repugnat diuinæ, quia cognoscere humanitatem aduersarij autem: si non cognosceret, sine vlla variatione esset cognoscente humanitas, quæ modo est cognoscente. Sed hæc difficultas in cognitione diuina est, non autem in eius coniunctione cum humanitate, atque formaliter defectu cognoscendi præstiti per cognitionem diuinam humanitati: quare nihili ad casum præteritum referretur, nihilque absurdum continet.

3. Duplicem impossibilitatis huius solidam, & priori rationem attigerunt, Leo, & Agatho, atque expressis Synod. 6. Prima continetur datis verbis illis Leon. cert. 1. n. 4. *ut neque, quod creatum est in diuinam naturam essentialiter, neque quod eximum est diuinæ nature ad comprehensionem creaturæ locum desiciamus.* Quibus probat vniuerso operationem non posse alteri nature inferre naturam connaturaliter, ut vidimus: sed principium probat, adhuc potentis absoluta non posse: est autem humanitas diuina. Nulla formalitas diuina tribuere potest diuinam formalem effectum, nisi ei cui identificatur, siue quem quasi informat identicè; at actus intelligendi, & volendi diuini non possunt identificari humanitati vniuerso, siue illam identicè quasi informant, ergo neque possunt illam reddere formaliter amantem, vel intelligentem. discursus est legitimus, minor euident. Maior haud obscurior, sed quam solius illustrati sumus q. 4. pro impossibilitate communicationis effectuum formalium humanitati à reliquis attributis diuinis non vitalibus vbi eodem discursu contra vbi quædam agemus. Secunda specialis pro his actibus diuinis vitalibus facta fuit ab Augustino aduersus Iulianum dicentem voluntatis motum esse illius tantum, cuius est natura voluntatis. Angelici tantum, quia ab huius voluntate, & natura est, humanitasque, quia natura, & voluntate hominis, & dei tantum, quia ab eius voluntate, & natura. Quibus recitatis ab Agathone episcopi. cit. & approbata à 6. Synod. conclusio. *Vnamquamque eorum, quas hic spiritualis Pater dicitur naturas proprium motum habere, & vniuerso assignari debet voluntatem, id est volitionem: Nec enim potest Angelica natura diuinam habere voluntatem, neque humana naturam voluntatem Dei, & Angelici, & infra, necesse est, & duas nos naturas in eo fieri voluntates, diuinam scilicet, & humanam: quia vniuerso diuinam eius, quantum ad nature rationem per se humanam habuisse voluntatem dicendum est: neque vniuerso ad ipsam eisdem Christi substantiam absque naturaliter existisse voluntatem: Tanta etiam fuit à Damasc. 3 de fid. c. 14. & 15. Ambros. 2 de fid. c. 4. Leone 1. episc. 10. ad Flau. & 96. ad Leon. August.*

4. His verbis ratio secunda à priori, & animata continetur pro præsentis conclusionis specialis, ut dicebamus. Sic eam instruo cum Lugo d. 18. n. 9. Actus vitalis essentialiter est formaliter, vel præsuppositiuè motus ab animo, & viuenti cuius est procedens: sed actus intelligendi, & volendi vitalis essentialiter motus ab actualiter sunt formaliter, vel præsuppositiuè motus ab animo, & viuenti, cuius sunt. Maior est certa ex con. de anima, de actu vitali. Minor haud dubior, ut neque expressa à Trid. sess. 6. Can. 4. damnante eos, qui nihil arbitrium nostrum agere ad actum charitatis, sed vel inanimè quoddam mere passiuè se habere, aiebat, vbi ut Sicut enim operationis non vniuerso, seu vitalis ponitur, quod non agat in illa, qui eam pariter, & dicitur actus amoris esse operationem non ab inanimè princip. solum, sed à viuenti, quod ipsum de cognitione dictum potest, & quod actualis tendentia animi in obiectum, siue cognitum, siue amatum absque eius attentione intelligi nequit, sicut neque attentione

CERTAMEN I.

Vbiquistarum error, & fundamenta.

attentio animi sine ipsius operatione. pergo ex illa consequentia: atqui intellectio, & amor diuinus nequeunt esse motus ab animo, & natura humanitatis Christi: ergo nequeunt cogitatio & amor diuinus esse cognitio, & amor humanitatis Christi: ac proinde, neque eis humanitas intelligere, & amare. Assumptum est certius, quam vt eget probatione: nam cognitio, & amor diuinus nequeunt à creatura procedere. Dices etiam nequeunt à Deo procedere, vel produci, & rationem sunt actus vitales, & cognitio, & amor Dei. Difficultas hæc non est huius loci satis fuerit nunc asserere procedere à Deo virtualiter, siue esse eius intentionalem motum, quod iam actus non habent respectu humanitatis.

5 Ex his sanè patet disparitas inter effectum formalem sanctificationis humanitatis per Deitatem, & substantiam per substantiam diuinam. hæ enim formalitates diuinæ vitales non sunt, nec petunt ab eis procedere, cuius sunt, suoque formales effectus communicant, vt ileam modo discernim aliud ex ratione prima petuum, quod debeat scilicet attributum quoduis diuinum, vt suamet formalitatem commoueat, alicui habere cum illo physicam, & realem entitatem, vt q. 4. latius prosequar. Petet etiam ex hac vltima ratione cur Deus speciei impressæ sui munus in mentibus Beatorum supplere possit, si cuius expressè quæ vitalis est. Obiicit Greg. M. lib. 8. epist. 42. dicente contra Agnoitas iudicij, & aliorum ignorantiam Christo Tribuentis. Res autem valde manifesta est, quia quisquis Nestorianus non est, Agnoita esse non potest: nam qui ipsam Dei sapientiam fatetur incarnatam, qua mente valet dicere esse aliquid, quod Dei sapientia ignorat: & Damasc. 3. de fid. cap. 22. Qui asserunt Christum progressum in sapientia fecisse, negant vnionem factam esse à primo ortu, & Nestorio fidem adhibent. Atqui ex ignorantia humanitatis Christi, de aliquo vel ex progressu in scientia non inferitur vel negatio, vel dilatio vnionis illius ad verbum, nisi supponatur humanitatem media vnione scientia diuina intelligere: ergo id sentiunt hi Patres, Respondeo primo: Patres non de humanitate, sed de Christo, atque hoc homine concretè sumpto loqui, de quo nisi negata vnione, vel admissa dilatione vnionis humanitatis ad verbum, vel ignorantia, vel in scientia progressus dici absoluit nequit: cum vbi primum fuit qua Deus omnia in creatura scientia nouerit. Secundo respondeo cum Vasquez disp. 89. n. 42. & si loquantur de humanitate non supponi ab eis illam cognitione diuina intelligere, sed iure vnionis creatam omnium scientiam debere, atque euidencia physica inferre illi fuisse concessam à primo ortu, quare nihil exinde ignorasse: quare admissa ignorantia, vel progressu in scientia eadem euidencia negandam esse vnionem, vel absolute cum Nestorio, vel à primo ortu, licet non euidencia metaphysica, cum posita etiam vnione posset absolute Deus creatam omnium scientiam humanitati denegare, vel differre, sicut alia distulit, quæ iure vnionis humanitati etiam debebantur.



QVÆSTIO IV.

An diuina attributa non vitalia suos formales effectus humanitati Christi communicent.

NON agimus de formali sanctificatione humanitatis per Deitatem de qua integra iustificatur disputatio sequens, sed de attributis aliis nõ vitalibus v.g. immensitate, æternitate, facultatibus, ac potentiis intellectus, & voluntatis diuinis, omnipotentia, si ab actibus intellectus, & voluntatis diuinæ admittatur diuersa, tunc enim non vitalis dicenda est. De omnibus enim communibus formalitatibus diuinis non vitalibus eadem est, & dubitandi, & definiendi ratio.

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

1 Vbiquistæ apud Valentiam, 3 parte quæstione 2. dilputatione 1. 3. § 2. errore nouo antiquam Eutychetis hæresim sulcitarunt: asserentes, nec solum Christi personam, vi vnionis hypostatica ita diuinas perfectiones participasse, vt vè sit, ac dicatur omnipotens, æterna immensa, seu vbique prærens, mundi conseruatric, & directrix, vt constat ex Schmidelinii propositionibus 134. & 296. repetitionis Vitemberg. & ex refutatione libri primi Valentie de vbiquitate, pagina nona, & vigesima prima. Addunt non eodem modo Deitati communicata esse humana, quo humanitati, quæ Deitate assumitur, & perficitur, non autem hanc perficit neque assumit communicata sunt diuina. Probat ex 2. ad Collossenses In quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Id est diuina omnia in corpore Christi sunt, etiam attributa, sine quibus Deitatis plenitudo non est, vt idcirco Patres plures accepisse Christum secundum humanitatem dicant, quæ omne etiam diuina, in tempore accepit: ergo est humanitas omnipotens, & immensa. Negatiua consequentia ob dicenda cert. 2. & 3. item ex Math. 18. Data est mihi omnis potestas, atque ad Philip. 2. Potestas eius potestas æterna: Sed hæc de persona Christi non de humanitate dicuntur. Tertio: quia Patres sæpè, quæ sunt Dei propria, de humana natura, & voluntate prædicant vt Damascenus aiebat, vi autem verè, & secundum naturam Dei verbi voluntas, humana facta est, omnipotens est. Quomodo, & similibus Patres plures loquuntur: ergo admittunt Patres diuina attributa communicare vi vnionis suos effectus formales humanitati, atque Vbiquistarum propositiones: nempe naturam humanam, eiusque voluntatem esse omnipotentem.

2 Respondeo Patres sæpè in us, ac similibus propositionibus abstractum pro concreto vsurpasse per Synecdochem partem pro toto accipientes figur contra se etiam concretum pro abstracto per eandem figuram aliis locutionibus vsurparunt. Pater id quidem: nam sæpè, dum aliqua natura alteri non conuenit e contentum, ea tamen prædicant de illa, quia nimirum eam pro concreto vsurpant. Sic Vigilus Pap. 2. contra Eutychem, contendens nihil perpessam fuisse in passione diuinitatem nihilominus dixit. Quis diuinitas confixa est, sed ipsa penetrari non potuit, quibus verbis nisi abstractum pro concreto vsurpetur, & contra suum intentum, & veritatem, & contra additionem sententiæ Vbiquistarum recitaram Vigilus loqueretur. Sic ergo locutos Damascenum, & Patres obiectos dicendum est. Respondeo secundo dici à Damasceno, humanitatem, eiusque voluntatem omnipotentem, quatenus per vnionem facta est organum, & instrumentum Dei proprium ad miracula, & omnipotentis opera patranda, quo sensu Myllen. tr. de anima dixit, Verbum tradens corpori, & animæ suæ diuinitatis virtutem. & c. & Ephes. Concil. Si quis non confitetur carnem Domini vniuersarum essetia facta est propria verbi cum ita viuificare valentis anathema sit. Sed fortasse germanior testimonij huius ex Ephesino sensus fuerit humanitatem Christi, quia verbi est, viuificatricem esse non physicè quidem sed meritoricè respectu nostri hominum quos peccato mortuos, suis meritis à verbi dignitate dignificatis ad gratiæ vitam reuocauit.

3 Quarto inquirunt, à pluribus Patribus caro, & humanitas assumpta eiusdem gloriæ esse cum Deo assumente dicitur: ergo quia gloriæ diu. formaliter sic participes ratione vnionis. Sic Basil. in psal. 2. 1. aiebat Natura assumpta diuinitat: assumens eam vnita est, eiusque gloriæ, & honoris participes. Cyril. Al. x. 10. Thesau. c. 9. Paternam gloriam in hominem, quem assumpsit, petendo, vt homo traducit. Theodoret. lib. 1. c. 5. vi homo accepit gloriam, quam habuit, vt Deus. Respondetur: non loqui hoc Patres de gloria, & dignitate diuina formaliter æquali in humanitate

nitare, sed quæ ad illam, quam proximè possit, accedat, omnemque pure creatam antecedit longe, ut disputatione sequenti, & controuersia sexta, disputatione vltima de adoratione fufius ostendemus, vbi ea, & difficiliora alia loca explicabimur, quod si eandem diuinam, & æqualem Deo dignitatem humanitati vi vnionis communicari, quare & eandem adorationem ipsi atque Deo deberi admittamus, magnum argumentum damus Vbi quistis. Interim satis ad præsens fuerit non agi hic de dignitate diuina vnione formaliter communicata humanitati: siquidem petitione humanitatis iam vnitate traductam siue obiectam ipsi aiebat Cyrillus. Denique arguunt ex illis Symboli Nicæni, & Athanasij: *Sicut anima rationalis, caro vnus est homo, ita Deus, & homo vnus est Christus.* Ergo sicut anima rationalis sui vnione ita corpus informat, ut se suamque virtutem ipsi communicet, nihilque adhuc intellectiōnem, nisi per ipsum, & cum ipso operetur (iuxta Deuteronom. 29. *Non dedit tibi Dominus cor intelligens;* & 1. Regum 3. *dedit tibi cor sapiens.*) Ita Deus vnionis vi se, suamque virtutem communicat humanitati Christi, ut nihil nisi per illam, & cum illa operetur. Nego in primis suppositum consequentis: intellectiōne quippe non intelligit formaliter phantasia, neque eo sensu eius actus est intellectiō, licet ex parte obiecti à phantasia procedat: oporteret autem, ut intellectiō esset phantasia, & corporis actus, quo intelligeret, ut inde probaretur vi similis vnionis humanitatem Christi cognitione increata intelligere, atque aliorum diuinorum attributorum formalitates participare, testimonia adducta cor pro habitudine, & dispositione animi ad intelligendum vlturpant, ut Ezechiel. 36. *Auferam à vobis cor lapideum, &c.*

4. Respondeo secundo negando absolute consequentiam. Nam similitudo non debet in omnibus tenere, neque se vltra intentum Athanasij, & Concilij, quæ illam docuerunt. Solum enim contendunt non esse duas personas Christum, sed quid vnum, & vnā personam ex vtraque natura diuina, & humana sine vlla earum confusione, aut alterius in alteram conuersione, quæ si adesset, nec duplex natura in se consisteret, neque Christum componeret: sicut si anima in carnem conuerteretur, aut cum illa confunderetur hominem componeret. Sed enim reclamant Hæretici nouatores, nisi attributa diuina formalitates suas humanitati communicare fateamur Nestorianos nos esse, ac cum Mahometanis de Christi dignitate sentire, qui de Christo nihil diuinæ dignitatis prædicant, sed solum humani superiorē, creatam tamen. O quam bene errores Nestorij, & Mahometi calluerunt isti. Nestorius errauit, ut vidimus disputatione secunda, quæstione tertia, negans vnionem physicam vtriusque naturæ in persona verbi, ac proinde negans in Christo veram, & realem personæ diuinæ vnitatem; non autem quod vnitate personæ admissa, atque vnione physica vtriusque naturæ in illa, negaret diuina attributa suas formalitates humanitati vnitate communicare, ac proinde non esse hanc immensam, æternam omnipotentem doceret, quod prorsus Catholicum semper fuit; Mahometus vero errat, quod neget Christum Deum, ac proinde quod eius dignitatem ex vnione humanitatis ad Deitatem, siue personam diuinam provenire neget, solumque eiusdem generis cum dignitate aliorum Sanctorum, ac prophetarum, licet in eo excellentiorem in Christo fateatur. Quod si nos, quia diuinæ æqualem dignitatem formaliter à dignitate formali diuina communicatam humanitati negamus, licet à Deitate importatam, fateamur Nestoriani, & Mahometani sumus Schmidelino, dicat nobis quis ipse sit, qui eam humanitatis dignitatem, & maiestatem creatam absolute, & increatam minorem licet reliquis creatis superioriorem docet esse, d. Vvitemberg, proposuit. 170. & 190. & cum Vbi quistis reliquis Apologia Vbi quistis concordia prima parte, capite primo, folio quarto, & capite tertio, folio sexagesimo octauo.

5. A ratione ita arguunt, ut præ ignorantia, & cæcitate non fide solum sed ratione carere videantur. Eatenus solum Deus est homo in nostra sententia catholica, quatenus est habens, seu sustentans humanitatem, non autem quatenus Deitate tanquam forma Deus constituitur humanitas: At Deus sustentat etiam omnia: ergo dici etiam poterit: Deus est equus, mulca, & reliqua. Obardos? Sed distingo maiorem: quatenus est habens, ac sustentans tanquam principium producens, & conseruans humanitatem, nego maiorem tanquam terminus vnionis cum ipsa qua possessiue est habens, & sustentans tanquam terminus etiam dependens à vnione positus existentia humanitatis in nostra sententia concedo maiorem, & distingo minorem tanquam principium producens, & conseruans solum est sustentans omnia concedo minorem, & nego consequentiam. Arguunt secundo: verbum prout in actu primo est ante vnionem non sustentat humanitatem, sed prout in actu secundo vnionis? atqui actus secundus hic est vnio: ergo vnio non verbum est homo. Distinguo antecedens primum: non sustentat potentia, nego, actu concedo. Distinguo similiter primam consequentiam: & concedo sublimptio nego consequentiam; nam postro illo actu reducitur potentia sustentandi verbi ad actum. Vide tuum discursum. Deus secundum se in actu primo ante operationem nihil creatum sustentat, sed prout in actu secundo operationis: at hæc est actio non Deus: ergo Deus nihil creatum sustentat, eodem modo ergo assumebas in argumento primo Deum sustentare omnia tanquam Catholicum, ut verè est, dogma Deum omnia sustentare.

6. Sed iam Logicam exaccuti Hæretici, atque instant: ergo hæc propositio. Homo est omnipotens, omniscius, immensus, & Deus est purè materialis: quia nisi humanitas ponatur in recto ex parte subiecti, tanquam quid omnipotentiam participans, siue immensitatem, & Deitatem, ponetur Deus: ac proinde erit sensus Deus est Deus, cum dicitur homo Deus. Nego consequentiam: Est enim sensus habens humanitatem, est habens Deitatem: quare formalis propositio denominatiua, qua significatur eandem, & communem esse vtrique naturæ personam. Instant rursus, si humanitas nequeat esse huius propositionis Homo est Deus subiectum, communicatio idiomatum verbalis erit, non realis, quod est absurdum. Negatur facile assumptum: quia licet omnis prædicatio, & communicatio idiomatum verbalis sit, realis tamen dicitur cum prædicatum vtrumque re ipsa, nec sola voce conuenit subiecto, quod in prædicatione per communicationem idiomatum inuenitur; quia Deus, & homo, & quicumque vtriusque naturæ prædicata, nec sola vtriusque personæ denominatiue conueniunt: nam re ipsa eadem persona, quæ habet Deitatem, & cætera diuina, habet humanitatem, & cætera humana. Hæretici discurreunt Hæretici pro suo errore cum tamen pro illo plura subtiliora argumenta, & quæ non primum Catholicis negotij facefferent ad manum sunt, ut statim in sequentibus certaminibus ostendemus: Sic tamen fieri oportuit, ut clarius pateat cum fidei oculo etiam rationis ocellum caligare.

CERTAMEN II.

Vbi quistarum error confutatur.

1. **N**ouus Vbi quistarum error damnatus in this vnterioribus fuit. Primum in Concilio Calcedonensi contra Euychisem in confel. fid. vbi naturarum Christi confusio damnatur, distinctioque asseruitur illis verbis: *Nulla naturarum differentia sublatâ, sed facta magis vtriusque naturæ proprietate.* Neque enim humanitas potest esse Deus, immensa omnipotens, nisi humanitatis, ac Deitatis confusio, & identitas per vnionem facta

falsa admittatur, vt statim arguentes ostendimus. Responder Schmidelinus repetit. Vvitemberg. pro-
 proposit. 152. ac 153. se non confundere naturas sed
 solum asserere humanitatem per personalem vnionem
 propriam esse, ac manere Verbi, quod illi communi-
 cat sua. Sed tamen Eutyches eam proprietatem iure
 vnionis personalis, eamque personæ vnitatem recog-
 nouit, & tamen propter diuinorum cum humanis
 confusione damnatus est, quia absque eorum identi-
 tate esse non poterat. Eiusdem erroris damnationem,
 ac rationem damnandi dedit nobis Hieronym. ex posi-
 tione fidei ad Damasc. dicens: *illorum execramur etiam
 blasphemiam, qui nouo sensu asserere conantur à tempore susce-
 pte carnis omnia, quæ erant diuinitatis in hominem commigra-
 se, & rursus, quæ erant humanitatis in Deum esse transfusa, vt,
 quod nulla vnquam heresis dicere ausa est, videtur hac confu-
 sione vtraque exinanita substantia, Deitatis, videlicet, & huma-
 nitatis, & à proprio statu in aliud esse commutata, quam eandem
 sententiam eisdem ferè verbis habet August. serm. 191. de temp. Nec satis est, quod Vbiquistæ physicè
 essentialiter humanitati diuina non tribuant: quia
 neque ita vllus ex antiquis hæreticis delirauit, sed
 solum arcano modo humanitati diuina tribuebant.
 Inde verò Patres eos impugnant: quod nisi identi-
 tatis, & confusio naturarum, & proprietatum ad-
 mitteretur diuina humanitati tribui non possent.*

2. Ex aliis antiquioribus Synodis nihil contra hunc
 errorem firmum inuenies. Licet Valentia, citato, lib. 1.
 de vbiuitate per paraphrasos plures damnatum in aliis
 contendant. Maxime §. 10. damnatum suadet Synodo
 5. atque ab Ephefina, ex quibus aliqua recitat testimo-
 nia, quæ me iudice rem languide suadent, nihilque
 proinde persuadent. Addit Vbiquistas cum Monothe-
 litis esse damnatos, quos ex parte imitantur: illos
 enim damnatos censet non solum, quod creatam vo-
 litionem, & intellectiōnem humanitati Christi nega-
 rent. Sed etiam quod eam diuinis actibus intelligere,
 & amare docerent. Verum ostendimus, q. 3. cert. 1. de
 hoc extremo damnatos Monothelitas non fuisse. Se-
 cundo Vbiquistæ nihil de actibus vitalibus diuinis
 expressè loquuntur, sed de Deitate, immensitate,
 cæterisque non vitalibus Dei attributis, ex quibus ad
 actus vitales diuinos consequentia non tenet, vt
 constat ex ratione dara. q. 3. cert. 2. cæterum in Concilio
 Basiliensi propositiones sequentes Augustini de Roma
 Archiepiscopi Nazareni, quæ eadem omnes Vbiquista-
 rum sunt, summo Patrum consensu fuere damnatæ.
*Humana natura assumpta à Verbo ex vnione personalis est ve-
 raciter Deus naturalis. Secunda: Dux nature in Christo, hu-
 mana, & diuina equaliter diliguntur à Deo, & equaliter sunt
 diligibiles propter personam communem. Tertia: Humana natura
 Christi est persona Verbi.*

3. Hæc ab autoritate: A ratione arguo quia si
 vnio hypothetica satis est, vt diuina prædicentur de
 humanitate: ergo satis etiam erit, vt de diuinitate præ-
 dicentur humana implicat enim hoc esse illud, & illud
 non esse hoc: atqui vnio hypothetica satis est, vt hoc
 aperte esse dicatur illud: ergo satis erit, vt illud dicatur
 esse hoc. Neque vero negari potest ab Vbiquistis: cum
 aequè admittant in suo sensu homo est, Deus, & Deus est
 homo: in quibus non personam, sed naturas in recto
 poni eis nominibus asserunt atque abstractis etiam
 vnã de alia naturam enuntiant: *humanitas, nempe est
 Deitas.* Videant autem quot inde legitime inferantur
 absurda ergo Deitas est passibilis, ac de facto est passa:
 Ecce Acephalissimum, & Eutychanam vesaniam. Item
 ergo humanitas est impassibilis: quibus contradicunt
 Deitas non est passibilis nec passa: humanitas fuit passa,
 & passibilis: item secundum humanitatem Christum
 esse creaturam, & creatorem: se ipsum produxisse, atque
 à se esse productum: esse se ipso superiorem, & infe-
 riorem: se ipsum sustentare: & hæc quidem secundum
 naturam eandem, vt fugi contradictio nequeat: quæ
 etiam de Deitate, ac secundum Deitatem de Christo
 verificari iuxta Vbiquistas negari nequeunt: cum non
 minus arcano illo eorum modo, ipsi etiam Deo arcano,

& imperceptibili Deitas humanitati, quam humanitas
 Deitate media vnione communicet.

4. Fors dicent vnionem illam naturarum, quæ satis
 sit, vt altera de altera cum suis proprietatibus enun-
 tietur, quæque apponit arcanum illud, identitatis cer-
 tæ, quæ Verbo est, significatur, non esse naturarum inter
 se, sed in tertio, nempe Christo, qui vna, eademque per-
 sona est homo, & Deus, vt ex præceptore Lutero ex-
 plicat Schmidelinus contra i. librum Valentia de vbi-
 quitate pag. 50. *sunt vnium, inquit, personale, non vnium
 idem: id est in persona Verbi vnita sunt diuinitas, & hu-
 mana natura.* Sed contra: quia licet asserat vnio compositi
 vnitatem, & identitatem personæ hoc satis non est,
 vt natura, eiusque proprietates de altera prædicentur,
 vt Vbiquistæ volunt, licet satis sit, vt vtraque eiusque
 proprietates de eadem prædicentur persona. Probat:
 quia anima, & corpus eodem modo conueniunt in ter-
 tio vnus compositi, quod media sui vnione consti-
 tuunt, & tamen ex tertij vnitate non habent quod sa-
 tis est, vt alterum, eiusque proprietates de altero enun-
 tiantur. v. g. *corpus est anima, vel spiritualis, indiuisibilis.* Se-
 cundo videntur: neque identitas in tertio ad enun-
 tiationem extremi vnus de alio potest sufficere, non so-
 lum ratione vnionis, sed etiam identitatis, quæ stricto
 coniunctio cum tertio est. Alioquin cum personæ Trini-
 tatis in tertio essentia identice conueniant, nec solum
 vnitiue, dici vna persona de alia, atque enuntiar vale-
 leret, deberetque v. g. *Pater est Filius, & Filius est Pater:* at-
 que vterque de Spiritu Sancto ad conuertentiam dice-
 retur: quod est profus hæreticum: insuper admittere
 debent de Christo secundum humanitatem vbiuitate-
 tem, seu immensitatem, & æternitatem, etiam ante
 resurrectionem, quod sibi repugnantes negant. Cum
 ante illam habuerit vtraque natura vnitatem in Chri-
 sto, quem constituunt, & identitatem in eius vna per-
 sona.

5. Ex his arguo secundo à priori ratione, quam su-
 pra num. 1. insinuaui ac Patres, præsertim Hierony-
 mus, attigerunt. Benim ad veram enuntiationem
 vnus de alio, vtriusque identitas, saltem secundum
 rectum significatum, requiritur, vt lippis est, & confor-
 mus natam ea quippe identitas copula, est, significatur,
 cum hoc dicitur esse illud: atqui cum dicitur huma-
 nitas, est Deitas, vel est Deus, rectum subiecti non est idem
 cum recto prædicati, nisi Eutychiana confusio, seu con-
 uersio vnus nature in aliam admittatur, vt Patres di-
 cebant: ergo nequit verè Deitas, vel Deus enuntiar de
 humanitate. Minor probatur: quia humanitas talis ma-
 nens nequit esse idem Deitate in suo esse perseverante:
 ergo cum dicitur ab Vbiquistis *humanitas est Deitas* rec-
 tum subiecti non est idem cum recto, imo neque cum
 aliquo prædicati. Sed neque cum prædicatur de huma-
 nitate Deus in concreto, v. g. *humanitas est Deus:* siue enim
 Deus sumatur adiectiue, siue substantiue eius nominis
 rectum non est idem quod humanitas. Etenim Deus
 substantiue sumptus dicit in recto Deitate: idem
 enim est ac Deitas in supposito, siue cum personalitate:
 at Deitas idem, quod humanitas non est: ergo rectum
 extremorum, siue subiecti, & prædicati in hac proposi-
 tione *humanitas est Deus* non est idem sumpto substanti-
 ue Deus, sed nec rectum vocis Deus adiectiue vsurpatæ
 idem est quod humanitas, de qua in ea propositione
 enuntiat. Deus enim adiectiue acceptus idem valet
 atque habens Deitatem. Pro rectoque dicit per-
 sonam, quæ Deitate claudit, vel (vt verius puto) per-
 sonalitate siue vltimam singularitatem nature, qua-
 si physicè communis: at neque persona rota neque
 eius personalitas est idem cum humanitate: ergo subie-
 ctum huius propositionis *humanitas est Deus* non est
 idem cum recto prædicati, & si Deus adiectiue vsurper-
 tur quare nisi Eutychiana naturarum confusio, vel alteri-
 us in alteram conuersio ab Vbiquistis admittatur, ne-
 queunt illæ propositiones ab eis asseri.



CERTAMEN III.

Nec denominatiue humanitas est Deus, immensa, vel omnipotens.

Dices hoc nomen *Deus* adiectiue, ac denominatiue sumptum posse sumi non solum pro habente Deitatem tanquam personam, seu personalitatem, sed tanquam subiectum vnionis ad Deitatem, quod quidem est, humanitas in vulgata plurium Theologorum sententia: sic autem accepta denominatiue, & adiectiue voce *Deus* rectum subiecti, & prædicari huius propositionis *humanitas est Deus* idem est: nam humanitas eo sensu est habens subiectiue, seu quasi subiectiue Deitatem: quare eadem veritate, & proprietate dici poterit *Deus* adiectiue sumptus, atque dicere, vel homo dicitur *Albus*. Moneo hac solutione Vbiuistas vti non posse. Tum quia eodem modo dici posse aiunt, *humanitas est Deitas*, atque *humanitas est Deus*. Cum tamen in prima propositione Deitatis in abstracto locum adiectiua, ac denominatiua usurpatio non habeat: tum etiam, quia prædicata denominatiua verbaliter solum de subiectis prædicari, atque conuenire aiebant cert. 1. num. 6. quare licet hoc sensu ea propositio admittatur, non satis Vbiuistis foret. Respondeo tamen vocem *Deus* communi acceptione, à qua recedere cordatis, nedum Catholicis, non licet etiam adiectiue usurpatam non denotare subiectum physicum vnionis suæ, sed solum formale sustentium metaphysicum Deitatis, siue eius vltimam singularitatem, quasi physicam nempe personalitatem: quare humanitas ab vnione Deitatis denominari quidem poterit *Deifera*, ac *Deificata*, nusquam autem *Deus* adhuc adiectiue usurpato nomine *Deus*. At dices sic res habeat in nomine *Deus*: alit in his vocibus *immensus*, *omnipotens* quæ adiectiua natura sua sunt: ac præsertim *omnipotens*, quod est adiectiuum, ac denominatiuum potentie diuinæ, siue omnipotentie, secus res videtur habere. Nam potentis nomen adiectiuum denominatiuum est subiecti, quod vnionis, siue inhærensionis physice iure potentiam habet: vnde de ferro ignito verè prædicatur esse calefactiuum, ignituum potensque ad ignem, vel calorem producendum: quia ad hæc potentiam iure vnionis ad illa habet: ergo, & humanitas vi vnionis ad omnipotentiam verè dicitur omnipotens.

2 Respondent Recentiores, vt aliquid effectum suum formalem denominatiue præstet, debere ad illud comparari tanquam constituens vnum per se cum illo: quomodo attributa, & diuina reliqua à personalitate Verbi cum humanitate non comparantur. Contra: quia vnum per se constituendum ex forma, & subiecto denominando non debet esse vnum per se substantiale, siue suppositum, tum quia accidentales cum subiectis denominatis vnum per se eo sensu non constituunt, quare, licet metaphysicè sumpta attributa diuina reliqua non constituent vnum per se cum humanitate, poterunt illam denominare: tum quia physice sumpta æque componunt vnum per se nempe Christum, atque Deitas cui physice identificantur: tum denique, quia à sanctitate Deitatis, quæ non substantia formalis Dei, sed eius attributum est sanctificator humanitas, denominaturque sancta. Recurrere Vasquez posset ad mediatam vnionem humanitatis respectu communium attributorum, quod supra impugnauimus, nuncque rursus ex eius principiis impugnatur quia ipse docet præsentiam immediatè vniri, inesseque quantitati, ac mediatè solum substantiæ, & tamen hanc præsentem facit, ac denominat. Tertio alij respondent vtramque coniungentes solutionem. Aiunt enim effectus formales communicatos etiam adiectiue, seu denominatiue à forma physica, vel metaphysica naturæ vni, non posse mediatè alceri communicari naturæ cui vnitur il-

la, ni vnum per se cum illa constituat. Sed cum vtraque huius solutionis pars impugnata seorsim sit, toto facto erit reiecta. Contra rursus quia personalitati, seu personæ Verbi, cui humanitas vnitur, & cum qua vnum per se constituit communicatur immediatè diuinitas, & attributa, maxime existentia: ergo humanitati communicabunt ea omnia suos formales effectus, de eaque adiectiue, siue denominatiue prædicabuntur.

3 Solida ergo ratio petenda ex Patribus est non alia ab ea, quam dedimus, vt negaremus Deum in concreto adhuc posse de humanitate adiectiue adhuc, seu denominatiue prædicari quia nimirum attributa Dei non præstant suos formales effectus nisi subiecto suo physico, siue Metaphysico, cui re ipsa identificatur: ad idque imposita communi hominum acceptione huc usque perdurante, semperque perduratura fore. Vnde si vt omnipotentis, æterni, immensi nominibus *Deus* æquè intelligatur, atque nomine Dei, vt idcirco Doctores omnes neminem Vbiuistam esse posse dicant, qui Eutychnianus non sit, ac humanitatis, & Deitatis confusione non admittat. Cum ergo humanitas vi vnionis cum diuinis attributis, ac formalitatibus non identificetur, nequit adhuc adiectiue ab eis denominari denominationibus diuinis. Huius solutionis, & doctrinæ in primis nititur Valentia citatus, pluresque ex illis. Sed instabis vi vnionis humanitas Christi sanctificatur Deitatis sanctitate: personarum personalitate Verbi: constituitur filia naturalis Dei filiatione naturali Verbi: redditur antecedenter impeccabilis impeccabilitate diuina: at his omnibus non identificatur per vnionem: ergo diuina suos effectus formales communicat humanitati vniti, cui non identificatur, ac denominatiue de ea dici possunt. Respondeo notanter à me dictum *denominationibus diuinis*. Nam denominationibus non diuinis possunt diuina humanitatem vniri, nec identificatam denominare, vt dicebam num. 6. post. med. Vbiuistæ autem diuinas denominationes Dei, omnipotentis, immensi &c. pro humanitate vnita contendunt, eaque solum nos catholice negamus, quo posito facilis est ad instantias propolitas solutio.

3 Ad primam nego humanitatem dici esse sanctam, à sanctitate attributali Dei. Hæc quippe solum Deum, cui identificatur denominare, sanctamque formaliter potest reddere: sicut de denominationibus diuinis aliorum attributorum dicebamus. Ideo enim sanctitas essentialis, siue per essentiam dicitur: quia Deum tantum, in cuius essentia physica est sanctum constituit denominatur autem, constituiturque humanitas sancta, diuina quidem quasi forma, cui vnitur que tamen Deo formalis, & attributalis sanctitas non sit, neque eum sanctum denominet: nempe Deitate, vel persona, cui vnitur, quamque vnione ipsa participat. Cum enim sanctitas non per essentiam sit in Deum participatione, nequit, non Deitate, quam vnione participat, humanitas sanctificari. Similiter respondeo ad tertiam instantiam de impeccabilitate antecedenti non reddi, ac denominari humanitatem impeccabilem antecedenter ab essentiali Dei antecedenti impeccabilitate, sed à Deitate, qua Deificatur, ac proinde alligatur humanitas ad extremum oppositum cum exercitio prauo: impositque redditur prosequendi obiectum, quod Deus prosequi nequeat qui autem sanctitate, & impeccabilitate Dei attributali constituit, denominaturque humanitatem sanctam, & impeccabilem aiunt, nelcio quo pacto denominatiue immensam, atque omnipotentem non esse valeant defendere. Ad secundam instantiam de personalitate diuina dicit non constituitur humanitatem personam, quin, notius ipsius personam destruat, vt aiebat Paschasius in 1. Cor. illo Francfortiensi tractatus à nobis. d. præd. quia ex productione humanitatis dependenter ab vnione ad personam Verbi habet humanitas non esse substantiam indiuiduam totalem, cui solum competit esse propriè personam, atque in Christo vna solum Verbi persona remanet. Dicitur autem

autem personalitas Verbi persona hominis; quia humanitas dependet ab vnione ad personam, siue personalitatem Verbi producta in Verbo tanquam in termino vnionis sustentatam suam existentiam, suumque esse habet, ratione cuius Verbum, seu personalitas habens Deitatem est habens humanitatem, ac dicitur esse in supposito diuino quod si modalibus morem geramus velis, atque propriè suppositari, ac personari humanitatem Verbi personalitate, suppositatur, ac personatur alienè, seu in alio, quæ denominatio Deo non tribuitur ab eiusmodi personalitate: quare neque est denominatio diuina.

Ad illud de filiatione naturali humanitatis participata à filiatione diuina, à qua filia naturalis Dei denominatiuè dicitur (quod sanè in re præfenti, iuxta veriorè, clarioremque nostram de filiatione naturali humanitatis doctrinam, est omnium difficillimum.) Respondetur, non denominari humanitatem naturalem Dei Filiam, siue Filium eadem formalitate, qua Filius naturalis Dei Verbum constituitur. Nam Verbum dicitur naturalis Dei Filius à processione à Patre per principium coniunctum in similitudinem naturæ quatenus passiuè est processio, qua ratione humanitas Christi filia naturalis Dei non est, sed à filiatione in factò esse, qua filia denominatur; quare à formalitate, qua denominatur Deus filius denominatione diuina non denominatur filia humanitas ac proinde constans est nullam diuinam formalitatem denominare denominatione diuina subiectum, cui non identificatur. At dicitur Verbum est filius naturalis Dei in factò esse, ergo à filiatione in factò esse. Ergo filiatio in factò esse dat denominationem diuinam filij naturalis Dei, ac proinde non poterit iuxta nostram doctrinam humanitatem, cui non identificatur, filiam naturalem constituere, ac denominare. Respondetur nulla alia formalitate Verbum esse Filium in factò esse, quam processione in naturæ similitudinem, vt passiuè processio est: sic in factò esse dicitur in factò esse personam filij, quod fieri non dicebat, omnimodamque naturæ similitudinem etiam in secunditate ad intra, vt suo loco dicebamus controu. de Trinit. d. 3. hæc autem processio, vt diximus humanitatem non denominat filiam, vel filium naturalem Dei sed eius terminus nempe naturalis filius in factò esse, qui sui ipsius forma denominans non est, sed alterius: nempe humanitatis, cui vnitur.

Vel responde aliter filium naturalem Dei denominatiuè nihil aliud dicere, quam habere per vnionem filiationem Dei, atque eo sensu accipi posse Filium naturalem Dei fuisse nos à Patribus edoctos occasione Elipandini, & Feliciani erroris, secus autè nomina omnipotentis, & immensissimi, aliorumque attributorum communium, quæ non nisi subiecto, cui identificatur, formalitates suas communicant, quæ nullo fructu eo sensu accipiuntur imò non sine incommodo pro ea habentibus non identicè, sed vniuèrsè solum vtrabuntur, vt singula percurrentibus constabit. Etenim omnipotentia si ab actibus intellectus, & voluntatis diuinis differat potentia exequens intellectus, seu voluntatis, vt meliores Theologi consent, imperium despoticum sympathicè erit: quare illius tantum est, illeque solum potens ea constituitur, cuius voluntatis imperio subditur: non potest autem subdi imperio voluntatis creatæ, cui vnitur, sed solum imperio voluntatis diuinæ: ergo sola vnione non habet illam creaturam: rationalis. Non secus ac si mihi, vel Angelo Petrus vniretur potentia loco motiua mea, vel Angeli dici non posset posse se loco mouere, quia non ipsius voluntati, sed meæ, vel Angeli voluntati subditur. Item immensitas, & æternitatis effectus formalis est in omni loco, & duratione præsentare cum cuius est, quemque immensum, & æternum constituit, idque indiuisibiliter, iure autem vnionis id præstare nequit alioqui humanitatem Christi præsentem faceret æternitati antea factæ, antequam in se fuisset, vel nulli durationi præsentaret cum æque omnem indiuisibiliter comprehendat. Vnde idem probatur à pari de immensitate quod vnitur creaturam non ponat

vbique: atque insuper quia alias daretur creatura è suis prædicatis immensa, & æterna nempe vnio: hypostatica, quæ natura sua vbique, atque æternum esset cum non posset esse nisi cum æternitate, & immensitate: quare concreta, & denominatiua attributorum non dignificant habentes illa, vt cumque, sed identicè, vt diximus, licet in filiatione subiectum illam habens per vnionem significaret ex vsu Patrum?

DISPVATIO IV.

De sanctificatione humanitatis Christi vi vnionis hypostatica.



NON agimus de sanctificatione humanitatis vi vnionis hypostaticæ mediatae, & extrinsecæ, quatenus gratiam, sicut dona alia plura, atque humanitatis vnice ornamenta iure suo à Deo reposcit ea enim omnia extra effectus formales extrinsecos humanitati per vnionem communicatos, de quibus solum præfens controuersa est, numerantur agimus ergo de sanctificatione formali humanitatis per vnionem, vel per extremum, cui illam adnequit præcisè.

QVÆSTIO I.

An humanitas vi vnionis formaliter sanctificetur.



TATVENDVM contra Nestorianos in primis venit dogma Catholicum: nempe Christum, etiam qua hominem, sanctum in conceptione ipsa extitisse iuxta illud Luc. 3. quod enim ex te natus est sanctum, & Ioan. 10. quem Deus sanctificauit, & misit in mundum. id quod de sanctitate, & sanctificatione propria pro animi perfecta iustitia, & munditie à peccati sordibus, nec solum de sanctificatione, & sanctitate impræpria, quæ rebus etiam inanimis Deo, eiusque cultui consecratis competit, de quo Christo, vt homine Patres communiter interpretantur. Hilar. 7. de Trinit. Athanas. lib. de natura hum. suscepta Chrysof. hom. 60. in Ioan. id quod etiam rationes pro conclusione nostra subiiciendæ, Patrumque testimonia conuincunt.

CERTAMEN II.

Vi vnionis hypostaticæ humanitas Christi formaliter sanctificatur.

FORMALEM strictam propriamque iustitiam, & sanctitatem definiuit Dionys. 12. de diuin. nom. hoc pacto. Ab omni immunditia libera, & omnino incommunitata puritas, quæ sanè, vt absolute sanctitas, & iustitia sic puritas perfecta ab omni immunditia mortalis esse debet; vt autem perfectior, ac perfectissimè, etiam à venialium sordibus. Cum autem à peccati immunditia puritas, & libertas sit ad iustum, honestumque dictamen ad hæsit, quam Reus, vt potè prima forma iustitiæ totius, rectæque rationis regula, suamet enitate habet, sit, vt eatenus rationalis creatura iusta, sanctaque formaliter, ac libera à peccati sordibus sit, quatenus particeps est diuinæ naturæ iuxta id 2. Petri 1. Per

quam maxima, & preciosa nobis promissa donauit, ut per hæc efficiamini diuine consortes nature. Hinc iusti, ac sancti diu vocantur à Christo Ioan. 10. si illos dixit Deos &c. ex hac quidem sanctitate, & participatione diuinæ naturæ, in qua consistit, prouenit sanctos filios Dei esse, iusque hæreditarium ad Dei bona habere habilesque ad operationes Dei proprias, scilicet amorem, & intellectiōne supernaturalis reddi per simultaneam habituum supernaturalium sanctitati debitorum infusionem atque hæc summam de sanctitate, iustitiæque formalis ad præsentis quæstionis decisionem adnotata fuerint satis.

2. His ergo positis Paludan. in 3. d. 13. q. 2. opin. 4. concl. 1. Ricardus Iapera. 8. §. Occurrit hic. Marfil. q. 10. a. 7. conclus. 1. Capreol. d. 12. q. vn. a. 13. init. Durand. q. 2. num. 5. & d. 13. q. 1. concl. 3. S. Bonau. a. 1. q. 1. negant Christi humanitatem vi vnionis formaliter sanctificari: ac proinde ad eius meritum gratiam habitualem, qua opera dignificarentur, opus fuisse. Cui sententiæ subscribere Aluarez. 3. p. q. 7. a. 1. Nazar. controu. 2. conclus. 7. ac Thomistæ nonnulli. Cæterum Vasquez d. 41. c. 3. & 4. Soar. d. 18. sect. 1. Valencia. q. 7. pun. 1. Palacios in 3. d. 13. Ragula d. 67. Luif. Torres opusc. 3. de grat. d. 1. dub. 5. & opusc. 6. d. 10. dub. 1. Hurtado vterque. Grad. tract. 7. d. 1. Lugo d. 16. sect. 1. num. 2. Vvadingo d. 2. dub. 2. d. 5. dub. 2. concl. 1. Bernal. d. 29. sect. 1. per totam Loca d. 36. iamque omnes Recentiores asserunt vi vnionis hyposthatice humanitatem Christi formaliter sanctificari: licet an ipsa, an hæc formalitas diuina, vel alia ex eis, quas humanitati adnectit forma sit, à qua sanctificetur formaliter humanitas? non omnibus omnino conueniat, eam porro sententiam ex antiquis plures apud Paludanum docuerunt, atque nouo studio, multaque eruditione Patrum illustratam ad scholas è diuturno possimino reuocatum reduxit noster Vasquez, cuius ut, de more, gloriæ inuideret Lorca nulla Patrum, veterumque Scholasticorum autoritate inductam aiebat vbi proxime. Cum tamen ipse illis ipsis nostri Vasquez testimoniis, nulloque alio sua industria quæstio, eam sequatur; nec potuerit antiquos Scholasticos Paludano memoratos non videre, nisi Paludanum non viderit.

3. Patrum testimonia cuncta, qui simul videre volet legat Vasquezium citatum. Nos enim, qui repetitionem odimus, non hic omnia dabimus, sed quæ huic conclusioni solum inferuntialia vero, quæ aliud etiam probant; nempe qua formalitate diuina vi vnionis humanitas sanctificetur dabimus. q. 2. quæ vero humanitatis, etiam anteedentem impeccabilitatem ostendunt dabimus. d. 5. Primum testimonium sic Dionysij Alex. epist. contra Paul. Samosat. latina per nostrum Franciscum Turrian. vbi, cum dixisset homines virtutum exercitio sanctificari, atque in sanctitate crescere, ait hominis Christi sanctificationem alterius rationis esse modumque humanum superare. inferius Christi sanctitatem Baptistæ sanctitati longe antecellere ait: quia in Ioanne quidem erat opus, in Iesu vero natura. & inferius adhuc: Non enim sortitus est vnctionem externam sicut nos sortiti sumus. Basil. in id Psal. 44. Propterea vnxit te Deus. Sanctitate nostra ex operum exercitio designata sic Christum alloquens ait: Tibi vero naturalis est coniunctio ad bonum, & abalienatio ab iniquitate. Naz. orat. 36. 4. de Theolog. num. 93. eidem differentie inflens ait Christus vero (nempe vnctus dicitur) propter diuinitatem, ea enim humanitatis vnctio est, non operatione, gratiæ, ut in aliis Christus sanctificans, sed totius vnquenti presentia. Cyrill. Alex. 1. in Ioan. c. 17. ad id Plenum gratiæ, & veritatis. eam differentiam attingens ait: gloriam tamen, & gratiam filij longe absque comparatione sublimiorem videbit. Non enim mensura sibi datur, ut cæteris: nec de foris accedit; sed ut imperfecto perfecta substantialiter inest à Patre naturaliter habita. Hoc ipsum præclarissime obseruauit Guarrius Abb. serm. 1. in natali Apostolor. Petri, & Pauli illud canticor. 5. v. 11. caput eius aurum optimum. de Christo Ecclesiæ, & Sponso, & capite expendens sic habet. sine diuinitis, sine charitas auro significetur, hæc omnia Christus non per participationem, sed per substantiam; ac sta-

tim, nos cum simus natura plumbei, vel magis lutei, gratia, & participatione non aurum vel auri, sed, ut multum, deaurati?

4. Adde Fulgentium, de fide ad Petrum. c. 2. circa fio. Aug. 13. de Trinit. c. 19. & Bedam, qui præfaram gratiæ plenitudinem de gratia vnionis ad locum Ioannis interpretantur, sicut, & illud Luca. 2. gratia Dei erat in illo. & Ioan. 10. quem Pater sanctificauit idem Beza, & Euthymius cum Hilar. 7. de Trinit. post med. Augusti tract. 48. in Ioan. gratia vero, & sanctificatio per vnionem non est Christi secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem, Accedunt Cyrill. Alex. 4. in Ioan. c. 29. Damascen. 3. de fide c. 3. Nizet. 3. thes. c. 3. Elias Cretens. in orat. 1. Naz. ad illa Verba Ac demerit Concil. Francoford. epist. ad Episcop. Hispan. col. 7. Hieronym. ad data verba Psalmi. 44. Ildephon. serm. de purga. & parturit. B. Mariæ. col. 2. t. 9. Biblioth. Hilar. 7. de Trinit. ad eadem verba Psalmi. 44. August. 3. contra Maximin. c. 15. & 16. de Trinit. c. 26. afferentes vnguento Deitatis, vel personæ Veritatis vnctam fuisse humanitatem. Vnde Athanas. orat. contra Arrian. post serm. 4. contra eodem in id ex Deo Dicitur est verbum sic Christi, qua Dei nomine habet. Ego sum Christus, ma sue vnctio: Christus autem sue vnctio est bonus, qui à me assumptus est. Atqui vnctio ibi contenta, est vnctio sanctificans, ut explicant Cyril. Alex. epist. ad Solitar. vnam exercent, ordine 1. ex quo, & referunt, & probatur è Concilio Ephesino. c. 1. Fulgent. 3. ad Trismund. Aug. 5. de Trinit. c. 26. ergo per Patres prædictos vnione, hyposthatice sanctificatur humanitas Christi.

5. Dices hæc omnia de radicali sanctificatione humanitatis per vnionem intelligenda esse, quarens gratiæ, qua formaliter sanctificatur humanitas exctina est. Sed contra primo, quia iam humanitas sancta est in Christo sicut in nobis. Respondebis non fore quia in illo iure nature, & vnionis esset in nobis opus, & meritum, vt secundo loco aiebat Dionysius Alex. Contra primo: quia statim ait: non enim sortitus est vnctionem externam, sive vt ait Cyril. Nec de foris accedit; sed substantialiter inest &c. ac Naz. vnctionem esse Deitatem, qua, vt infra dicemus illam audacter simul Deam appellat: ergo sublimis sanctitatis, & vnctiois diuinæ genus in Christi humanitate recognoscit Nazianzenus, quam in nobis per gratiam, qua diuinæ nature participes sumus, ac hæc audacia vlla Dij per participationem nuncupantur à Deo, & Christo Ioan. 10. si autem illos dixit Deos. Gaucricus item aurum, aureamque sanctitatem hominis Christi, id est naturalem, & substantialem, non sicut nostram occidentalem nominauit. Tertio Patres gratiam, qua vnctio à nobis modo humanitas Christi sanctificatur aliat ex operibus non esse, aut crescere: cum tamen gratia habitualis Christi humanitati ex eius meritis datam esse, sicut, & plura alia dona, probabilis foret alse fieri, ceterum autem probabile. Quarto denique ex dicendis cert. 2. d. q. 2. satis, abundeque solutio ista reicietur.

CERTAMEN II.

A ratione eadem conclusio suadetur.

1. Pro eadem conclusione arguo à posteriori primum opera Christi infiniti simpliciter valoris merito, & satisfactorij sunt, vt theologorum, imò, & Catholicum dogma fert; atqui infinitus valor memorialis, & satisfactorius nequit prouenire à gratia habituali, vel alia quavis forma sanctificante creata humanitatis operantis: ergo prouenit à aliquo increato, quod vi vnionis ponitur in humanitate, quocirca ipsa sanctificatur, & que dignitatis infinita gradu in ordine ad præmium supernaturale formaliter collocatur, qui satis fit ad infinitè significanda ipsius opera. Minore probatur aliqui quia si absque aliquo increato, per formam certam infinitè

infinite dignificatur humanitas, eiusque opera, cum eam formam in eo gradu, quo humanitati Christi da est dari à Deo humanitati cuius non vnitæ hyposthatice gratuitè possit, fieri incarnationem ad satisfactionem pro hominum peccatis necessariam absolute non fuisse contra Patres. Ostendimus autem controu. de necessit. incarnat. d. q. & cert. vltimis Patres absolutam necessitatem physicam, vel metaphysicam incarnationis ad satisfactionem pro peccatis hominum minime docuisse, neque ad illam infinite absolute valoris operibus opus fuisse. Probatur ergo primo : quia nulla forma dignificans creata potest esse simpliciter infinita, sed secundum quid, vt summum : ergo neque infinite simpliciter humanitatem, eiusque opera dignificare. Secundo probatur : quia gratia, & sanctitas cuiuscumque generis sit, quantumuis in eo crescat, non magis eleuat, dignificatque opus, quam dignificaret in remisso gradu generis eiusdem, vt multis probabam contra Recentiores nostros Castellanos contr. de merito, & hic leuiter attingi, breuiterque nunc probo. Nam etsi persona, siue personalitate vnita humanitas formaliter sanctificetur, eaque tribus vniretur personis eius opera non magis dignificarentur, ergo licet pluribus gratiæ gradibus meum opus dignificetur non magis dignificabitur: parui enim ad dignitatem personæ augendam referuntur dignitatis partes inter se vnitas, intensiue, vel exunitas eiusdem generis habere, dummodo eidem personæ, seu naturæ operanti simul adfuerit.

2 Argumentum hoc eleuare conatus est Lugo disp. 16. à num. 4. ad 9. contendens non dignificari naturam operante posse eius opus dignificari, atque eleuari ad præmium, quare etsi humanitas Christi non sanctificaretur, dignificaretur à persona, vel perfectione diuina iure vnionis, posse tamen eius opera ad meritum, & valorem infinitum eleuari. Assumptum probat : quia si humanitas aliqua vniretur sanctissimo Archangelo Michaeli, cuius sanctitate, aut personalitate nullatenus sanctificaretur, illius tamen opera maius, altiorisque ordinis præmium mererentur, quam si in propria persona perficeretur, ex quo inferitur idem sua proportione euacuaturum humanitati vnitæ hyposthatice, etsi nulla formalitate diuina sanctificaretur. Sed tamen male suadet exemplo illo assumptum. Nego enim facile è sola vnione ad Michaelē quantumuis sanctissimum, humanitatis opera eleuanda ad præmium altioris ordinis, quam naturalia (permittamus ad ampliora naturalis ordinis eleuanda) nam è sola sanctitate operantis, quæ sola in ordine, & dignitate supernaturali illum constituit eleuari, dignificarique eius opera possunt in ordine ad præmium supernaturale: maxime in nostris principis, quæ typis Lugo ipse peruenit de modo eleuationis operum ad præmium supernaturale, vt dicebamus disp. & quæst. vltimis citatis : quare dum assumptum exemplo illo confirmat, Lugo aperto secum Marte decernat.

3 Sed instabis humanitas Christi sanctificatur à Deitate (vt ratio statim à priori subicienda suadet, fususque ostendimus q. 2.) & tamen æquè mediata ipsi vnitur, atque in casu posito vniretur humanitas sanctitati Michaelis : quia vnitur immediatè soli personalitati, & ratione huius Deitati, quæ illi identicè coniuncta est: ergo in eo casu humanitas sanctificaretur, ac dignificaretur dignitate, & sanctitate Michaelis: quare & eius opera eleuarentur ad præmium supernaturale. Hac instantia vti nequit Lugo, quin causa apertè cadat. Nam iam admittet ad dignificationem operum opus esse sanctitatem operantis, quæ verè sanctus, dignusque in ordine supernaturali constituitur, siue ad id immediata vnio eius cum sanctitate requiratur, siue mediata sufficiat, de quo lis præsens non erat. Secundo nec sufficere mediatam, quæ est in casu posito, probat instantia. Primo quia iuxta probabilem quædam diuini sententiam controu. 1. d. 1. vnio ad totam personam verbi, quare, & ad Deitatem, vt identificatam cum eius personalitate facta fuit: quare neganda est secunda antecedentis pars cum eius probatione. Secundo : quia etiam admissa parte

R. P. Christoph. de Ortega de Dei incarnat.

non vniretur humanitas Deitati æquè mediata, atque in casu illo Michaeli vniretur. Nam vnitur termino identificato cum termino formali proximo, in eo autem casu vniretur Michaeli, qui vnitus sanctitati realiter ab ipso diuersè est.

4 Probatur secundo conclusio à priori ex dictis in notatione posita cert. 1. num. 1. quia sanctitas non per essentiam est participatio diuinæ naturæ, quæ qui illam habet, est obiectum dilectionis amicitia Dei particeps-que sit operationum supernaturalium propriarum Dei, filiique Dei constituitur, hæresque bonorum Dei maximè supernaturalium: atque humanitas Christi vi vnionis hyposthatice particeps sit diuinæ nature iuxta illud: *In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Filia insuper naturalis Dei constituitur, vt d. 1. ostendebamus: sit particeps operationum supernaturalium, bonorumque Dei hæres : ergo vi vnionis hyposthatice humanitas Christi formaliter sanctitatem habet, siue sanctificatur. Confirmatur : quia gratia habituali ex eo, quod sit participatio longè imperfectior, & imitativa, non physica, & constituat obiectum Deo gratum, filiumque, licet solum adoptiuum, sui vnione sanctificatur formaliter, ergo multo præstantius vnione qua physice diuinitas participatur ab humanitate, & qua filia Dei naturalis humanitas constituitur formaliter Christi humanitas sanctificabitur.



QVÆSTIO II.

Quonam vi vnionis Christi humanitas formaliter sanctificetur.



Am forma, qua vi vnionis formaliter humanitati sanctitas asseratur examinanda est ; licet enim increatam formalitatem fore q. 1. euicerimus quænam ea formalitas sit definita non est, atque insuper an tatis sit eam in obliquo nostro intelligendi modo connotari, an in recto, siue in se dici debeat, nec sufficiat, vt formæ sanctificatus terminum attingi.

CERTAMEN I.

Varia Doctorum placita, & conclusiones communes.

1 Conueniunt Doctores Deitatem esse formam sanctificantem humanitatis vnitæ, quare de aliis diuinis formalitatibus, atque vnione hyposthatice solum discordant Gaspard. Hurtado Complutensis disputatione 7. de incarnatione differunt. 2. & Petrus Hurtado Salmantinus disput. 15. de anima sect. 3. Bernal. disp. 29. de incarnat. sect. 2. num. 30. docent omnibus, & singulis diuinis formalitatibus humanitatem Christi vi vnionis hyposthatice formaliter sanctificari. Secunda sententia docet etiam personalitate verbi formaliter sanctitatem constitui: ita Valentia 3. p. q. 7. punct. 5. Soar. d. 49. sect. 2. § Difficultas ergo tacta, & d. 18. sect. 5. Lorcea d. 36. n. 11. Basil. Legion. relect. 4. pro cathedra Scoti, Granad. tract. 7. d. 1. Lugo disp. 16. sect. 2. concl. 2. n. 31. de attributali Dei sanctitate, si attributum tale sit, ac non Deitas ipsa, paucos dubitare video, vel quia attributum Dei ab essentia diuersum esse insiciantur, cum Deitas sibi formaliter coniunctissima sit, ac radix suæ beatitudinis determinata specificatiue ad honestam operationem, vt potè prima rectitudinis regula, in quibus solum formalis Dei sanctitas stare potest : vel quia, etsi attributalem Dei sanctitatem formaliter ab essentia diuersam recognoscant, ea humanitatem sanctificari supponunt ; est autem aduertendum cum Lessio de perfectionibus diuinis libro 8. capite 1. Luis. Torres opusc. 3.

de gratia d. i. dub. 7. & in selectis d. 4. duplicem in Deo sanctitatem formalem attributam excogitari posse alteram naturalem, siue attributam specialiter dictam, de qua hactenus loquebamur, alteram operationis: scilicet, quæ Dei operatio, amoris, v. g. vel visionis sui est, si charitatis actus, & visio beatæ formæ sanctificantes esse dicantur iuxta satis vulgatam apud Theologos sententiam. De eis autem omnibus procedit difficultas præsens, & de sanctitate operationis asserit Torres sanctificare formaliter humanitatem. Ultima denique sententia fert vnione ipsa hypothetica Christi humanitatem tanquam forma sanctificari sic censent Soas. d. 3. sect. 3. v. v. ad alteram partem, Bernald. d. 29. sect. 4. num. 53.

2. Dico primo humanitas Christi sanctificatur formaliter per Deitatem: est omnium, qui contra Paludanum q. 2. citatum docent humanitatem sanctificari vi vnionis hypotheticæ, quos ibi recitauimus, & partim hic n. 1. partim vero conclusionibus sequentibus. Ratio est quia quatenus per vnionem habetur Deitas participatur formaliter diuina natura: in quo stat sanctitas formalis, vt q. 1. dicebamus. Est Patrum conclusio asserentium oleum quo vncta humanitas fuit, diuinitatem fuisse, quos recensebamus. q. 1. cert. 1. n. 4. Ex quibus Damasc. 3. de fide. c. 3. habet: ipse enim se ipsum vnxit: vngeus quidem, vt Deus sua Deitate, vnctus autem, vt homo. Nam ipse est hoc, & illud si quidem Deitas est vnctio humanitatis. Naz. ibidem citatus, ac recitatus num. 3. & orat. q. 2. de Paschate habet: Perfectus namque fuit non modo propter diuinitatem, qua nihil perfectius, sed etiam propter humanitatem diuinitate delibatam, idemque effectum, quod id, à quo per vnctam est: atque vt audaciter loquar quod vnctus idem simul Deum. Nam & semen in eam dicitur, in quo gentilitium videbatur Nazianzenus redolere, quod aduerbio audaciter vitauit orat. 51. siue epist. 1. ad Cleod. si pars deterior humanitatis caro nempe assumpta est, vt per incarnationem sanctificetur? suo nimirum modo præstantior non assumetur, vt per humanitatis susceptionem sanctificetur? consonat. Synodus. 3. Constantinopol. generalis. 6. act. 17. alias 18. longè ante fin. de finit. fidei orthodoxæ circa fin. & Concil. Florent. post sel. ult. instruct. Armenor. §. Tertio definitur his verbis: quemadmodum enim sanctissima, atque immaculata animata eius caro Deificata non est perempta, sed in proprio suo statu, & ratione permanens, & humana eius voluntas Deificata non est perempta saluata est autem magis secundum Dialogum Gregorium. (Naz. orat. 3. 6. 4. de Theolog.) Nam illius velle, quod in saluatore intelligitur non est contrarium Deo, vt potè Deificatum totum.

3. Ex quibus arguo secundo quia gratia habitualis quæ improprie Deificat, iuxta illud 10. si illos dixit Deos, est forma sanctificans: ergo potius Deitas, quæ proprios media vnione Deificat Christi humanitatem iuxta hos Patres. Idem ducitur argumentum ex Cyril. Alex. 1. in Isai orat. 4. ad id capitis. 6. & missæ est ad me vnus de Seraphin, & scholii de incarn. vniuersi. c. 8. & 6. Dialogor. de Incarnat. longè à principio Damasceno. 3. de fide. c. 15. 17. & 19. lib. 4. c. 3. Nizeta in orat. 51. Naz. siue epist. 1. ad Cleod. asserentibus, humanitatem Deitate penetratam in in Christo fuisse, sicut candens ferrum igne quæ d. 5. expendam cum postremis verbis Nazianzeni, similibusque aliorum Patrum pro antecedenti humanitatis Christi impeccabilitate, pugnabo, eademque ponderatione hanc conclusionem fortius, euincunt: quæ à paritate aliorum attributorum obici poterant, soluta habes. d. 3. q. 2. & vltima: quod autem mediare solum Deitas vnatur, nec sit stricte forma, vt ait Lorca, solutionem non meretur, dissectumque ex parte est. q. 1. cert. 2. num. 3. Dices ab eo est satisfactio, à quo prouenit non solum operatio satisfactoria, sed eius valor operum prouenit formaliter à sanctitate, & dignitate operantis: ergo si hæc sit in humanitate Christi Deitas omnibus personis communis, & Deitas, & tres personæ pro nobis satisfecerunt æquè ac filius. Nec satis est satisfactio dicere operis satisfactorij elicentiam. Nam actiones non sunt suppositorum ef-

fectiue, adhuc tanquam à conditione quare operatio satisfactoria humanitatis non magis est effectiue à filio, quam à Patre, & Spiritu sancto in nostra doctrina. Respondendo tamen utroque modo, & operatiue, & valoris filium, præ Patre, & Spiritu satisfecisse operatiue, quæ licet personalitas effectiue adhuc conditionaliter opera non præstet sed sola indiuidua natura; alitersona illius naturæ operans denominatur, non aliter: solus autem filius personat humanitatem non autem Pater, & Spiritus. Valorosè, quia Deitas sanctificat humanitatem, quatenus vnitur: vnitur autem solum, vt personæ filij identificatur: qua ratione communis Patri, & Spiritui non est, vt dicebamus controu. 1.

4. Obicitur S. Th. 3. p. q. 2. a. 1. ad 1. ubi ait quia anima Christi vnita distincta maneat, ac non per essentiam diuina oportet quod fiat diuina per participationem, quæ est secundum gratiam, sed intellige gratiam vnionis de qua procedit quæstio 7. sed de gratia vnionis iam dictum est. Dices eadem. q. 2. a. 1. ad 2. ait: gratiam habitalem necessariam esse, vt Christus habeat operationes perfectas, nihil probat. Vocat enim perfectas, operationes supernaturalis amoris, cuius gratia principium est, & cæterarum radix, sicut, & supernaturalium habitum, demum. q. 7. art. 1. ait: eandem esse gratiam personalem, qua anima Christi iustificata est, & gratiam cuius principij, quod est caput Ecclesie. gratia vero capitis eadem rationis esse debet cum gratia membrorum. Sed hoc nego: nam non haberet influxum meritum in membra, si gratia habitualis sicut nostra esset, iuxta communem sententiam: quin gratia habitualis personalis dici nequit. Apertius pro nostra sententia est. q. 6. a. 6. gratia vnionis est ipsum esse personale. q. 8. a. 6. Humanitas Christi ex eo, quod est diuinitati conuincta habet virtutem sanctificandi, non physice actiue: ergo meritore, quatenus diuinitate eius opera dignificantur, q. 22. a. 2. ad 3. Acquisiuit enim actiuam virtutem sanctificationem tunc in passione ex antiqua diuinitate, & gratia vnionis sanctificante eam absolute, quid clarius?

5. Dico secundo. Tota persona aluente sanctificatur formaliter Christi humanitas. Hanc vero communem: quia neminem negaturum credo, qui primam doceat licet neminem ex Scholasticis expressè asserentem vniam nisi vtrumque Hurtado, & Bernalem quatenus generatim quous diuino vi vnionis sanctificari humanitatem docent videtur satis aperta S. Th. conclusio datis verbis ex q. 6. a. 6. clarior Athanasij orat. contra Arrianos ubi de verbi persona aiebat: quoniam Christus, siue vnctus, siue vnctus est homo, qui à me assumptus est. Naz. orat. 3. 6. 4. de Theolog. num. 3. dicentis humanitatem vnctam esse totius vnigenite personæ Dionis. Alex. epist. citata in nostri Turriani Oplitheca. Per se vnctus & sibi ipse vnctus vnctus, ipse autem, & se personam refert. Idque voluit Aug. 25. de Trinit. c. 26. scribens. Tunc vnctam fuisse vnctam in humanam naturam, quando diuina est iuncta persone. Ratio est facilis. Quia vnione ad personam totam Verbi, quæ est filiatio in facto esse humanitas constituitur illi naturalis Dei, vt vidimus. d. 1. ergo formaliter sanctam nam filiatio adhuc adoptiua Dei nequit sine sanctitate esse aut intelligi. Deinde nequit constitui filia naturalis denominatiue, quin particeps diuinæ naturæ formaliter constituitur.

6. Hic Vigentius opponeret Lorca effectus formalem idem nequit præstari subiecto à duplici forma diuersa: quia nil aliud est formalis effectus, quæ communicat se formam subiecto: quare si forma diuersa se communicet nequit esse effectus formalis idem: atqui si personæ ac Deitas sanctificent humanitatem effectus formalis, nempe constituens illam substantialiter sanctam, præstaretur à duplici forma, ergo nequit vnique sanctificare humanitatem. Respondetur hoc argumentum non probari eundem numero effectum formalem tribus ab vnique specie autem eundem sancte substantialiter non vnique tribus ab vnique: sicuti neque constitui album in specie eundem.

eandem à duplici albedine. Deinde neque specie, seu quasi specie idem effectus formalis ab vtraque præstat humanitati: cum Deitas non constituat humanitatem ita substantialiter sanctam, vt eam constituat naturalem Dei filiam, sicut constituit personam verbi vt d. 1. docebamus. Dices eo ipso, quod sanctam constituit humanitatem Deitas constituit filiam; non adoptiuam feliciano errore: ergo naturalem: nulla ergo est diuersitas. Nego maiorem. Nam si Deitate filia Dei est, cuiusnam filia erit? an Dei ipsius, siue Deitatis, qua filia constituitur? hoc implicat nempe ipsius quo formaliter filia est, filiam tanquam Patris esse. Cum ergo non sit cuius filia esse possit, nequeatque filiatio sine Patre cogitari, ne dum esse. Deitate sancta constituetur humanitas non filia, vt docebamus. d. 1. q. 3.

CERTAMEN II.

Negatiua due conclusiones statuntur.

I Dico tertio personalitate, aut aliis attributis à sanctitate formaliter humanitas Christi non sanctificatur. Ita Vasq. d. 8. c. 4. d. 3. c. 3. d. 41. c. 4. Luis. Torres opusc. 3. de grat. dub. 6. & 7. opusc. 5. d. 10. dub. 4. Becan. c. 8. q. 1. num. 6. Ragula. d. 67. §. 2. veru dubitari potest, & Recentiores, sed hæc quæ ab eis defendi conclusio de personalitate possit, cum filiatione siue realiter, siue formaliter sumpta constitui personam filij afferant: quare re ipsa adæquatè identificari filiationem cum personalitate filij: ergo, cum realiter vnitur personalitati filij humanitas, nequit non vniri filiationi, atque realiter habere filiationem, filiaque naturalis Dei eadere, ac proinde sancta argumentis datis cert. 1. num. 5. Aiunt Recentiores posse personalitate constitui filiam, quin sancta constituatur humanitas. Sicut Verbum constituit filium, non autem sanctam Deitatem reddit eadem personalitas. Sed neque Deitatem filiam constituit: vnde ergo probas constituere posse filiam, ac non sanctam: quin Verbum eo præcisè quod filius est nequit non sanctum formaliter esse. Nos autem qui filiationem in sola personalitate non statuimus sic conclusionem probamus de personalitate, ac reliquis à sanctitate attributis quia personalitas, & attributa præcisè, nec filiatio, nec Deitas, nec sanctitas attributibus formaliter sunt: ergo humanitas, qua vnita attributis, & personalitati præcisè, nec est filia Dei formaliter, nec participat Deitatem, neque habet formaliter sanctitatem: ergo neque quatenus vnitur personalitati præcisè, & attributis est formaliter sancta consequentiæ sunt certæ. Antecedens quoad secundam partem probatum controuersia de Deo vno, & controu. de Trinit. nec de quomodo dubitetur: quoad primam verò partem probatum manet eadem controu. de Trinit. d. 8. quoad tertiam partem proba quia sanctitas attributibus purè talis est attributum speciale consequens Deitatem, qua Deitas est: ergo prædicatum commune, & essentialè ab aliis diuersum est: atqui communia, & essentialia prædicata diuina distinguuntur formaliter, imo in plurium præsertim Recentiorum sententia, etiam realiter virtualiter, à personalitatibus.

2 Dices etiam prædicatum existentie consequi Deitatem esse quæ prædicatum commune, & tamen in personalitatibus reperiri formaliter: quare, & sanctitatem reperiri in eis posse. Ostendi controu. de Trinit. d. 6. q. 1. falsum esse assumptum. Sed licet entis, atque existentie transcendentia in diuinis admitteretur, quare, & in personalitatibus formaliter, & præcisè sumptis reperiri, non statim de sanctitate admittendum foret. Quia non magis transcendere hoc attributum debet, quam positiua reliqua intellectiois, volitionis, quæ transcendentia non sunt. Imo nihil positiuum transcendens attributum esse potest. Sed proba, quia omnipotentia sola virtute productiua ad extra intellectus, & voluntas eiusque actus solo ordine ad obiecta representantur.

R. P. Christoph. de Ortega de Deivincarnat.

anda, immensas sola potentia replendi omnem locum, & æternitas omnem durationem, etiam imaginariam, personalitas sola terminatione, & singularizatione vltima, quasi physica, Deitatis, & constituendi cum illa personam intelligitur, quin cogitur de puritate à forde peccati, ad hæc neque ad bonum, & ad honestum, atque ad dictamen rectum, seu primam regulam rationis, & reliquis, quæ sanctitatem formalem, vel constituent essentialiter, vel consequuntur: ergo ratio formalis sanctitatis non est formaliter in attributis reliquis, & personalitatibus, neque ea transcendit denique prædicata transcendentia solum prædicatis, quæ transcendent, vt in illis sunt suas formalitates communicant, non aliis formaliter diuersis, nedum realiter diuersis, vt humanitas: quare est sanctitas transcendens alia attributa, & personalitates eis non sanctificaretur formaliter humanitas.

3 Rursus personalitates non posse esse sanctitates formales probatur. Etenim cum adueniant Deitati puræ omnino à forde peccati, atque firmè ad hærenti ad bonum, & regulam honesti: quomodo tribuent illi, quod in ipsa supponunt. Si enim personarum naturæ adæquatè adueniant, non possent esse illius personalitates: quia personarum adæquatè supponebant: nihilque alteri posterius natura affert, quod prius natura illud habebat. Item sanctior esset persona, quam Deus, vt Deus. Respondet Lugo num. 37. personalitates, (& idem est de attributis aliis) non esse sanctitatem respectu Deitatis, esse tamen respectu humanitatis. Contra quia si formaliter sanctitas in se est potius reddet sanctam Deitatem, cui identificatur; si verò sanctitas formaliter non est id, cui vnitur, non poterit sanctum formaliter reddere. Negat Bernal. num. 39. sanctificandam Deitatem à personalitatibus, & attributis aliis, licet sint etiam formales sanctitates: quia Deitas summa sanctitas cum sit, incapax est vltioris sanctitatis. Sicut, quia Deitas nequit esse Pater, seu relata personatur relatione Paternitatis, non autem relata redditur: atque in triduo cadaver vnione ad Verbum suppositabatur, non sanctificabatur: quia sanctitatis incapax erat. Implicat tamè solutio in terminis, si enim personalitates, & idem est de attributis, summam diuinam sanctitatem supponunt, quomodo sanctitatem diuinam afferunt, cum nihil afferat, quod supponit, & implicet afferre vltioris aliquid in illo genere in quo supponit summam illud de relatiua personalitate supponit falsum nam relatio non est sola personalitas patris, vt vidimus: id autem quod ea in quocumque consistat, refertur est tota persona non essentia. Cadaver incapax sanctitatis est: est Deitas de se sanctitatis est incapax: quare quidquid diuinum illam sanctam non reddit sanctitas non est. Denique vt demus attributa reliqua, & personalitates esse formaliter sanctitates non statim inferitur ab eis sanctificandam vi vnionis humanitatem, vt constabit ex conclus. sequenti.

4 Dices habita personalitate per vnionem habet formaliter humanitas aliquid diuinum: ergo participat formaliter Deitatem, ac diuinizatur, ac proinde sanctificatur formaliter humanitas per vnionem personalitatis. Distinguo Antecedens, aliquid diuinum adiectiuè, seu denominatiuè metaphysicè, seu habens identicè Deitatem fateor, substantiuè metaphysicè, quod se. formaliter Deitas sit nego antecedens: nam personalitas Deitas formaliter non est, & nego consequentiã. Sola enim diuinitate formaliter habita per vnionem physicè, vel imitatiuè per gratiã participat diuinitate, ac diuinizatur humanitas. Instas personalitatis conceptus dicit identitatem cum Deitate: ergo humanitas habet personalitatem habet Deitatem. Distinguo Antecedens identitatem formalem, nego: realis concedo: & nego consequentiã solū enim inferitur habere aliquid, quod est idè realiter cū Deitate. Obicitur secundo personalitate redditur humanitas infinite amabilis à Deo: ergo infinite sancta formaliter. Antecedens omni sensu est falsum nihil enim amabile vilo sensu est, quod bonum nullo sensu est, vel habet. Docuimus autè contr. de Trin. d. 6. personalitates bonitatem, & perfectionem præcisè sumptas non esse: quare humanitas, dum

ex eis unam habet, bonitatem non habet. Secundo et si essent bonitates, solum constitueretur bonum ea bonitate subiectum, identicum formaliter etiam: esset enim bonitas transcendentalis, quæ ut in uno prædicato est, non constituit bonum aliud prædicatum etiam realiter identificatum cum illo, ne dum humanitatem realiter diversam. Sed constituat bonam denominatiue adhuc distinguo antecedens infinite amabilis physice, siue amore physico, quo solum amabile est bonum transcendente ob physicam bonitatem transeat; amore morali, & amicitie supernaturalis in ordine ad beatitudinem nego antecedens: & inde nego consequentiam. Obicit Lorca è sola unione ad personalitatem esset humanitas etiam antecederet impeccabilis: ergo sancta. Mala consequentia in eius principiis: docet enim d. 57. è sola obligatione Verbi ad regendam humanitatem, in quo nihil formalis sanctificationis humanitatis includitur reddi humanitatem antecederet impeccabilem. Secundo antecedens est dubium.

CERTAMEN III.

Dua alia Conclusiones negative.

1 Dico quarto attributali sanctitate Dei non sanctificatur formaliter Christi humanitas. Fauet conclusioni Gaspar. Hurtado non multa consequentia. Consequentius eam docent Recentiores Complutenses, docereque debent quotquot contra Ubiquitas ratione statim subicienda nobiscum vebantur. Nam attributa diuina solum communicant suos effectus formales, ac de sua formalitate denominant subiectum cui identificantur: atqui sanctitas attributum diuinum est: ergo solum communicauit suum effectum formalem, deque sua formalitate denominabit subiectum, cui identificatur: atqui per unionem non identificatur humanitati: ergo non communicabit illi effectum formalem, nec de sua formalitate sanctam denominabit. Hæc sanè ratio probat de quavis sanctitate attributali, siue purè attributali specialiter dicta sit, siue operationis, quæ sanctitas formalis in diuinis sit, ut visio, & amor, sed de postrema hac sanctitate operationis probatur specialiter conclusio contra Luis. Torres citato dub. 7. quia per omnes, qui in visione, & amore Dei sanctitatem formalem recognoscunt, eatenus sanctificant quatenus videns, & amans Deum constituunt subiectum, ut fatetur Torres. d. 1. de grat. dub. 5. d. 4. selectar. dub. 7. atqui visione, & amore Dei non constituitur humanitas Christi videns, ac amans Deum teste eodem Torres. d. 13. selectar. dub. 5. imò nec constitui posse probabimus. d. 3. q. 3. ergo sanctitate operationis, seu visione, & amore Dei non sanctificatur formaliter humanitas Christi.

2 Dico quinto: humanitas non sanctificatur formaliter unione ipsa hypothetica. Sic docet Vasq. d. 41. c. 4. Regula d. 67. §. 2. Becan. c. 8. q. 1. Luis. Torres opusc. 6. de gratia d. 1. dub. 2. Granad. tract. 7. d. 1. Lugo d. 16. num. 27. Lorca. d. 36. num. 10. Pessantius. q. 7. a. 1. d. 1. & Toletani nostri Recentiores. Probat Vasquez, quia si sanctitas unio foret, cadaver Christi in triduo cum illam haberet, sanctum fuisset. Displicet: nam Deitatem, quæ sanctificans forma est per se, etiam habuit, & personalitatem, & tamen nec sanctificatur, nec personatur, quia eorum effectuum formalium in capax est. Ratio ergo fit quia per Patres eo formaliter sanctificatur: unionis humanitas, quo Deificatur atqui unione ipsa non Deificatur humanitas tanquam forma, sed tanquam nexu, & unione formæ, sicut unione gratiæ habitualis Deificatur imitatiue homo quiuis: ergo unione hypothetica tanquam forma non sanctificatur humanitas. Probat secundò à priori quia sanctitas formalis creaturæ est Deitas participata vel physice, vel imitatiue per gratiam, vel affectiue, & intentionaliter per visionem, vel amorem perfectum charitatis: atqui unio hypothetica, nec est Deitas physice participata, nec imitatiue, nec affectiue, ac

intentionaliter, quia nec gratia, nec visio, nec amor Dei est: ergo non est sanctitas formalis creaturæ: quare nec humanitatis. Tertio: quia sanctitas vi unionis communicata humanitati infinita est, ut dicemus. q. sequenti: imò inde probatur, ut vidimus, humanitatem formaliter vi unionis hypotheticæ sanctificari, ut infinite sancta defendatur: at unio nequit communicare se ipsa infinitum quid humanitati, sed solum ratione termini, quem affert: ergo non ipsa unio, sed terminus ipsius est forma sanctificans humanitatem.

3 Obicit gratia unionis dicitur summa ab Aug. 13. de Trinit. c. 9. & Enchirid. c. 40. sed vocat gratiam unionis terminum, quem affert, scilicet personam, & Deitatem: alioqui summa sanctitas non esset: vel usurpat gratiam non pro sanctitate formali, sed pro beneficio quod autem alij Patres aiunt vi unionis humanitatem sanctificari intelligendi sunt, sicut nos, qui ita etiam loquimur, tanquam nexu, non tanquam forma: quomodo Soarium pro opposita citatum intelligerem: quia d. 14. sect. 1. §. sed quæret aliquis. ait esse unionem conditionem tantum ad humanitatis sanctificationem. Id etiam vult Granados dicens unione sanctificari humanitatem, ut quo, nam forma sanctificans est quod sanctificat, conditio autem est, quo medio, & interueniente sanctificat. A ratione dices unio secundum se melior, perfectiorque est gratia habituali: ergo potius sanctificabit, quam gratia. Distinguo in genere physico, concedo antecederet in genere morali, seu amicitie Dei, & ordine, & iure ad beatitudinem nego suppositum. Plura enim perfectiora sunt in genere physico, quam gratia, & tamen non sunt formæ sanctificantes, ut anima rationalis. Dices unio reddit humanitatem in sensu composito saltem impeccabilem: ergo sanctam. Distinguo antecedens, ratione sui formaliter nego: conditionaliter, ac ratione termini, quem affert concedo antecedens, & nego consequentiam.

4 Instat Bernal. licet sit unio Deitatis formaliter sanctificans, non obest, quominus sit ipsa etiam forma sanctificans: sicut unio substantiæ partialis pura animi ad corpus substantialis. Sed quis ideo nego esse formam sanctificantem, quia est formæ sanctificans unio? videat rationes datas, easque impugnet Bernal. vel probet ex eo quod sit unio formæ sanctificans eam etiam formam sanctificantem fore, & inueniet unionem gratiæ formam sanctificantem non esse, licet formæ sanctificans unio sit, neque ideo unionem partis substantialis substantialem quia partis substantialis unio est, sed quia compositum substantiale intrat. Denique dices unio est strictior connexio cum Deo, & participatio Deitatis gratia, & amore: at sanctitas formaliter est connexio cum Deo, & participatio Deitatis: ergo unio hypothetica strictior sanctitas formalis est, quam gratia, & amor. Distinguo maiorem, in fieri, siue, ut nexus concedo, ut Deitas in facto esse participata, & connexa nego & distinguo minorem, in facto esse concedo minorem, in fieri, & ut nexus nego minorem, & consequentiam iuxta dicta.

QVÆSTIO III.

Quousque humanitas Christi unionis vi formaliter sanctificetur?



AM magnitudinem sanctificationis formaliter vi unionis positæ in humanitate examinamus finitæ, an infinita sit: si infinita autem, an humanitatem æque amabilem constituat, ac ipsam Deum?

CERTAMEN I.

Humanitas vi vnionis infinite est sancta non autem eque amabilis, ac ipse Deus.

1 **H**umanitatem vi vnionis hyposthatice infinite sanctam euadere docent quotquot vi vnionis formaliter sanctificari defendunt, quin inde necessariam ad satisfactionem pro mortali incarnationem asserbant plures controuersia secunda, quod infinitas meriti, & valoris satisfactorij ad eiusmodi satisfactionem requiratur, nequeatque haberi nisi ex infinita dignitate operantis vi vnionis humanitati Christi quæ sita. Docet expressè conclusionem Vasquez disputatione sexta, capite secundo, numero duodecimo; licet non inde necessitatem incarnationis defendat, ac Doctores omnes pro alterutra opinione circa secundam quæstionis partem citandi. Probatur facillè: quia mensura magnitudinis in sanctificatione non è subiectum, siue applicationem formæ sanctificantis taxatur, sed à forma ipsa sanctificante: atqui licet humanitas, & vnio, quæ est applicatio formæ sanctificantis ad subiectum, siue humanitatem finitæ sint, forma tamen qua humanitas sanctificatur est quid infinitum: nempe Deitatis, & persona diuina, vel quid tandem in aliis sententijs diuinum: ergo humanitas infinite sanctificatur vi vnionis hyposthatice. Dices sanctificationem humanitatis non esse sanctificationem per essentiam, sed per participationem Deitatis, quæ participatio formaliter est vnio: atqui vnio est quid finitum: ergo sanctificatio humanitatis vi vnionis hyposthatice est quid finitum, distinguo maiorem non per essentiam, id est per sanctitatem essentialem humanitati fateor, non per essentiam diuinam sanctificantem formaliter, nego eam partem. Secundam etiam distinguo per participationem, id est per communicationem totius Deitatis in factum esse concedo eam etiam partem, id est habitationem partis Deitatis, seu Deitatem imitatiuè, aut totius Deitatis habitationem in fieri, siue vt quo, nego eam partem, quo solum sensu vnio est participatio Deitatis; vnde concessa minori negatur consequentia.

2 Ex hac conclusione circa secundam quæstionis partem inferri affirmatiuam conclusionem putant Doctores non pauci, ac proinde asserunt humanitatem vi vnionis hyposthatice æque amabilem reddi, ac ipsum Deum, vt statim in obiectionibus contra secundam nostram conclusionem vrgebimus. Si enim infinite sancta vi vnionis hyposthatice euadit humanitas euadet etiam infinite amabilis à Deo amore amicitie: cum amabilitas huius generis idem formaliter quod sanctitas sit: aut Deus nihil amplius amabilitatis habet, quam amabilitatis infinitatem: ergo humanitas Christi, quæ infinite sancta, & amabilis vi vnionis hyposthatice euadit, nihil minus habet amabilitatis, quam Deus ipse: ergo æque est amabilis ac ipse Deus vi vnionis hyposthatice humanitas Christi, & confirmari potest ex ratione, qua conclusionem proximam probabamus: quia mensura sanctificationis non desumitur ex mensura subiecti, & applicationis, sed formæ sanctificantis: quare neque mensura amabilitatis inde desumetur, sed ex forma sanctificante, & constituyente amabile subiectum, quæ eadem est in Deo, & humanitate, nempe Deitas, quæ minor se ipsa esse non potest. Confirmatur secundo: quia licet vnione communicetur gratia habitualis, tamen æque amabilem hominem constituit, ac ipsa gratia in se amabilis sit. Confirmatur tertio: quia humanitas ob excellentiam diuinam, quam vnitam habet æque adorabilis, æqueque imo eadem adoratione latrice, ac ipse Deus: quia eadem excellentia in vtraque est ob horum

aliquam affirmatiuam conclusionem tradunt Vasq. disp. 6. cap. 3. num. 18. Meratius t. 2. tract. de incarnatione disp. 6. sect. 5. num. 7. & recentiores Complutenfes, bona quidem consequentia, ad ea, quæ docet de adoratione latrice humanitatis Christi.

3 His tamen non obstantibus dico secundo. Humanitas Christi non redditur vi vnionis hyposthatice æque sancta, & amabilis, ac ipse Deus. Sic docuere Soarez disputatione 22. sectione 2. §. Dices, Granados tractat. 7. disputatione 1. numero 14. Lugo disputatione 16. sectione 3. numero 54. id quod supponit Vvadingo, vel cuiusmodi potius docet disputat. 12. dub. 4. §. Dico secundo, qui licet obiter meliori tamen reliquis consequentia locus est: nam alij quidem humanitatem ratione excellentiæ diuinæ, quæ ipsi vnione hyposthatice communicatur æque venerabilem, atque adorabilem, atque Deum ipsum fore defendunt, imo eadem latrice supremæ adoratione adorabilem esse, cum quo non esse humanitatem, æque sanctam, & amabilem vi vnionis, ac Deus ipse sit, bona consequentia stare minime potest. Etenim cum æque communicetur humanitati, vi vnionis, hyposthatice eadem Dei sanctitas, & amabilitas, atque eadem Dei excellentia vi eiusdem communicatur æque perfectè sancta, & amabilis à Deo Dei sanctitate, seu Deitate vnita reddetur formaliter, atque vnita excellentia Dei reddatur excellens: aut per vos Dei excellentia vnita redditur humanitas æque, imo eiusdem excellentiæ ac ipse Deus, æqueque, ac eodem prorsus modo adorabilis, ac ipse Deus: ergo Dei sanctitate, & amabilitate vnita æque sanctitatis, æqueque, atque eodem modo amabilis reddetur, ac ipse Deus: Hæc sanè ita coherent, vt alterum sine altero, vel asseri, vel negari irrationale fore iudicem: quare Vvadingo nostri, vtrobique negantis consequentiam laudo, imitaborque, licet à Doctis pluribus quarundam auctoritatum metu in puncto de adoratione humanitatis Christi deserram.

4 Probatur conclusio, & primum ab autoritate Concilij Basiliensis supra recitata ex sess. 22. vbi conclusionem nostram definitam reor, quidquid nonnulli reclamant. Ibi enim inter propositiones alias Augustini de Roma Archiepiscopi Nazareni summo Patrum consensu damnatas vt vidimus ante acta disputatione, q. vlt. cert. 2. dum Vbiquistas refelleremus, hæc etiam propositio damnata est. *Due nature in Christo humana, & diuina equaliter diliguntur à Deo, & equaliter sunt diligibiles propter personam verbi.* Ecce nostræ conclusionis contradictorium damnatum, quod & Vbiquistarum errorem esse loco citato nossemus. Dices errorem Augustini de Roma, atque damnatæ huius propositionis sensum esse de æquali diligibilitate humanitatis, ac Dei non solum quoad sanctitatis, ac diligibilitatis magnitudinem sed quoad eius etiam modum: asserbat enim æque per se esse diligibilem humanitatem, nec solum æque magnè, vt sic loquar, ac ipsam Deitatem, seu Deum. Asserbat namque, vt ibidem retulimus, humanitatem veraciter esse Deum naturalem: nempe cum Eutychete naturam humanam cum diuina confundens. Solutio tamen hæc repugnat expressè verbis Augustini de Roma. Nam in hac sua propositione duas naturas humanam, & diuinam recognoscit inconfusas in vna persona contra Eutychetem, sicut & Vbiquistæ recognoscunt: licet ex propositione hac Eutychemus contra vtrumque, imo & contra Theologos, qui eam proximè docuerant deducatur, vt ex ratione à priori subicienda cert. 2. constabit.

CERTAMEN II.

Rationibus eadem secunda conclusio monstratur.

1 **V**T à ratione secundam conclusionem euincam animo oportet aduertere bonitatem, formamque quamvis quo strictius, alicui subiecto, seu quasi subiecto coniungitur, intimiusque ipsum penetrat eo magis ipsum reddere tale; quo autem minus ei coniungitur, minusque penetrat minus tale ipsum reddere. Ratio est impromptu: quia cum forma per sui coniunctionem, cum subiecto se se illi communicet, quo strictior coniunctio, maiorque sit magis se subiecto communicabit, quo autem minor, & laxior, se communicabit illi minus. Hinc quo minor, remotiorque coniunctio sanctitatis, & excellentiæ cum aliquo est, minus illud sanctum, & excellens in eo genere est, quo autem proximior, & intimior, sanctius, excellentiusque in genere euadit eodem, ut patet in animo, qui quia immediatius, intimiusque coniunctam sapientiam, sanctitatem, & reliquas eius proprias dotes recipit, quam corpus excellentior in eis, digniorque quam corpus habetur; Inde etiam fit, ut ei, qui intentionem per maiorem radicationem qualitatis fieri execrantur admittunt maiori alia radicatione, siue inhæsiōne qualitatis in se indiuisibilis magis participandam qualitatem: licet aliunde maiorem hanc radicationem, & inhæsiōnem qualitatis ad intentionem intercedere posse confutent. Aduerte tandem summam longè, strictioremque aliis omnibus coniunctionibus formæ, vel quasi formæ ad subiectum, vel quasi subiectum esse utriusque identitatem. Reliquæ enim coniunctiones vnum id est vnitum faciunt, quod patitur vnitum, imò, & supponit, ac necessario seruat physicam diuersitatem. Coniunctio vero indentitatis formalitates, siue quasi formas rei, vnum, idemque re ipsa constituit, quin earum diuersitatem physicam pati queat.

2 Hinc probatur conclusio à priori quo strictior, & intimior est formæ, vel quasi formæ vnio ad subiectum, vel quasi subiectum eo magis reddit illud tale; quo autem laxior & extimior eo reddit illud minus tale: atqui vnio sanctitatis diuinæ, in quocumque stet, est strictior intimiorque coniunctio cum Deo ipso, quam diuini illius, quodcumque sit, quo humanitas vi vnionis sanctificatur fit coniunctio cum humanitate: ergo sanctitas diuina magis sanctum, & amabilem reddet Deum, quam diuinum illud, quo sanctificatur humanitas, reddat illam sanctam, & amabilem. Maior probata manet num. 1. notato 1. minor haud segnius suaderet ex notato 2. coniunctio identitatis longè strictior, intimiorque est reliquis coniunctionibus formæ, vel quasi formæ ad subiectum, vel quasi subiectum: atqui sanctitatis diuinæ, in quocumque stet, cum Deo coniunctio est, coniunctio identitatis; coniunctio vero diuini illius, quo sanctificatur humanitas, non est coniunctio identitatis illius cum humanitate, sed coniunctio physicæ vnionis re ipsa diuersorum: ergo coniunctio sanctitatis diuinæ in quocumque stet, strictior, intimiorque cum Deo ipso est, quam sit coniunctio diuini illius, quo vi vnionis eamque per formam, humanitas sanctificatur. Hic facile liberabimus oppignoratam à nobis fidem cert. 3. num. 4. sine. vbi ostendendum pollicebamur Augustini de Roma Vbi-quit. imo; & Theologorum contra quos conclusionem hanc statuimus damnatam propositionem, formalem Eutylichianismum non esse, aut in illum eius authores cogi: etenim, ut è proximo discursu patet, nisi diuini

illius, quo vi vnionis sanctificatur humanitas, identitas, confusioque Eutylichiana cum humanitate asseratur, vix ægrè, imo ne vix quidem, æqua sanctitas, & amabilitas humanitatis, ac Dei, siue Deitatis poterit bona conuenientia defendi.

3 Probatur secundo à ratione conclusio: id quod est sanctum, & amabile super omnia creata magis amabile est, eo quod non est amabile super omnia creata: atqui Deus est amabilis super omnia creata; humanitas autem, etiam ut vnita Deitati, vel diuino predicatu, quo sancta, & amabilis formaliter vi vnionis redditur, non est sancta amabilis, & amabilis creata, ergo Deus est magis sanctus, & amabilis, quam humanitas etiam vnita Deitati, vel diuino illi, à quo vi vnionis sanctificatur, & amabilis redditur. Maior est per se nota: Minor probatur quia Deus est amabilis super omnia creata: at humanitas adhiuc, ut vnita Deitati, seu diuino illi, à quo sanctificatur, amabilisque redditur, non est amabilis super omnia creata: quod sic proba. In coniuncto omnium creatorum est humanitas etiam vnita: ergo, quod non est amabile, super humanitatem etiam vnitam non est amabile super omnia creata: atqui humanitas etiam vnita non est amabilis super seipsa vnita: ergo humanitas etiam vnita non est amabilis super omnia creata: dices creata illa omnia, super quæ Deus amabilis est intelligi debere de purè creatis, in quibus humanitas non est. Contra: quia humanitas ex vnione esse creatum quid, & purè creatum non amittit, licet homo et illa, & personalitate diuina confusus purus homo non sit, nec creatura pura; licet autem ut vnita claudat Deitatem sanctificantem, aut Deum illam absolute non facit, Deus autem absolute talis amabilior est omni eo, quod Deus absolute non est: quia Deus absolute talis sanctus bonusque per essentiam est, reliqua etiam humanitas vnita, solum per participationem quocirca longè aliter amari Deitas, & persona Verbi vnita debent, atque humanitas per illas sanctificata, ut iam ostendam vterius argum. 3.

4 Probatur tertio à ratione conclusio: quia in his, quæ eodem amoris genere amabilia sunt verum habet illud Aristotelis proloquium: *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.* Sicut in his quæ sunt cognoscibilia propter aliud, quod per se, ac ratione sui cognoscibile: atqui Deitas ac Deus amabilis est per se in eodem genere amabilitatis, humanitas autem propter Deitatem, ac Deum: ergo hic amabilior est, humanitas vero minus amabilis. Hinc aduersationum rationibus facile occurrit. Illud de adorationis æqualitate prorsus est falsum, ut dixi, & latius persequere controu. 6. d. vlt. Ad tertium de gratia habituali nego suppositum: gratia enim habitualis non est amabilis eodem amoris genere, quo iustus: nempe amicitie Dei, cuius gratia est incapax: quod si suppositum admittamus, nego iustum esse æquè amabilem, ac gratiam, quia ut modo dicebam: *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.* Ad secundum constat ex ratione à priori eandem formam ex maiori coniunctione reddere magis tale subiectum, licet coniunctio conditio sit. Ad primum infinitis eiusdem ordinis permitto non posse dari vnum maius alio: aut vnum infinitum posse ex genere suo maius perfectiusque esse alio generis, seu ordinis inferioris: est autem diuersi generis sanctitas, amabilitasque Dei per essentiam, quæ in Deo est sanctitate, & amabilitate per participationem Deitatis eiusdem per physicam vnionem. Negligo hic potius, quam ignoro illas de nomine quæstionculas, quas maiori impetu, quam momento versant nonnulli: an sanctitas vi vnionis humanitati communicata, intrinseca, an extrinseca, moralis, an physica, mediata, an immediate sit, ac dici debeat.




DISPUTATIO V.

De impeccabilitate humanitatis Christi.



VM impeccabilitas nihil aliud sit, quam oppositio impossibilitatis cum peccato, atque oppositio hæc formalis solum, atque etiam antecedens esse possit, si ex parte actus primi aliquid cum peccato pugnant apponatur, de vtraque impeccabilitate humanitatis Christi disputandum erit, an vi unionis hyposthatice ipsi euenerit? Tertio: an eiusdem vi pugnet cum peccato habituali, & originalibus, eiusque reatu? Quarto, an etiam humanitas pugnet cum omissione operum etiam, quæ ex solo concilio, non ex præcepto erant? Quinto an in aliquo voluntas humana Christi poterit à diuina discordare? Cuius occasione, an aliqua humanitatis Christi voluntas impleta non fuerit? examinabimus: quæ omnia, an vi unionis formaliter humanitati, eiusque voluntati conueniant discutienda sunt: quare ad controuersiam hanc de effectibus intrinsecis incarnationis disputanda merito veniunt.



QVÆSTIO I.

An Christi humanitas vi unionis hyposthatice sit consequenter impeccabilis.



ENSVS questionis in aperto est: nempe an vi unionis hyposthatice aliquid ponatur in humanitate Christi formaliter cum peccato impossibile, vt eo posito ob formalem repugnantiam illius nequeat peccatum simul induci.

CERTAMEN I.

humanitas Christi non peccauit, sed & consequenter peccare minime potuit.

HUMANITATEM Christi de facto non peccasse, neque originaliter, neque actualiter de fide est. De originali peccato solum Hæretici fortasse dissentiant, qui humanitatem vnioni ad verbum præxitisse docuere, de quibus supra, atque expressè Nestorius controuers. 2. de necessit. incarnat. disputatione vltima, quæstione 5. certamine 4. de peccato actuali errauit apostata Præmonstratensis Lydano teste apud Vasq. disputatione 61. capite 1. asserens Christum in cruce desperasse, dum aiebat: *Deus meus vtr quid dereliquisti me.* Matthæi 27. 49. & Marci 15. 34. Hunc eundem errorem, sicut & veteres alios exhumatos, vel potius inferno erutos discipulis tradidit Caluinus apud Maldonatum commentario in eum Marth. locum. Sed tamen contra Nestorij errorem de Christi originali militant Luc. 1. *Quod enim ex te natus est, concipietur iuxta Patres, & interpretes, Sanctum vocabitur Filius Dei, atque illud clarior de hominis Christi, siue humanitatis eius conceptione eodem capite dubitanço Iosepho de Iponse ventre dictum. Quod enim in ea natum est de Spiritu Sancto est, vbi, natum, cum ante partum diceretur pro conceptum positum fuisse dubitari non potest, id quod Patrum interpretationi eiusdem verbi primo loco positi fidem*

facit non exiguum. Cum eodem sensu vtrouique ab Angelo eandem vocem usurpatam, dum de eodem mysterio loquebatur, dubitandum non sit. Ratio à priori: quia humanitas Christi per semen virile propagata non fuit, ac p̄inde neque in pacto Adami inclusa: quare non solum ab originali immunis fuit, sed neque eius debito obnoxia.

2. Apostata vero illius, & Caluinistarum errorem de peccato actuali apertè conuellunt illa ad Hæbr. 4. *Tentatum per omnia pro similitudine absque peccato, & cap. 7. n. 26. Segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus id est distantiôr à peccato omni, quam cæli terra loco sint distiti, & 1. Petr. 1. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. At quomodo non inuentus in ore dolus si eis vocibus, vtriquè dereliquisti me, desperasset, aut quo pacto si de patre desperasset statim spiritum Patris manibus committeret? dicens. Pater in manus tuas commendo spiritum meum: vt doctè expendebat Maldonatus. Ratio etiam huic errori repugnat. Cum enim numquam humanitas non vnita hyposthatice verbo extiterit, ac proinde nunquam non fuerit sancta, à Deitate, & à verbi persona, ac naturalis Dei filia, nunquam potuit habere, nedum habuit, de facto peccatum non solum aequale, sed neque originale, & si pacto inclusa humanitas, atque illi obnoxia assereretur humanitas, vt ex sequenti conclusione constabit. quod si Corinth. 2. de Christo dicitur. *Pro nobis peccatum fecit.* Non peccatum peccati nomine, sed hostia pro peccato intelligitur, vt ex loco integro claret, qui sic habet: *Eum, qui peccatum non fecerat pro nobis fecit, Deus, peccatum.* nempe ipsum Christum peccatum fecit Deus, cum tamen nec Christus peccatum esse possit propriè, sed pro peccato hostia, nec Deus peccatum propriè facere possit. Si autem alibi peccatum tribui Christo legitur, non ipsius sed nostrum est, cuius debitum, vt pro nobis satisfaceret, soluendum misericorditer suscepit; Caluini ratio, seu potius delirium erat. Oportuisse Christum, in quem; vt potè peccatorum hominum fiduciosorem, ira nobis debita à Deo effundebatur, omnes damnatorum penas deplere, in quibus est desperatio. Sed cur non cum etiam blasphemasse docer, cæteraque mala, quæ demonibus in panam à Deo permittuntur admisisse? deinde an Christi satisfactio pro peccatis pœnæ magnitudine, ac potius è dignitate satisficientis metienda est.*

3. Circa peccati impossibilitatem consequentem in humanitate Christi ratione unionis hyposthatice Scotus in 3. dist. 2. q. 1. §. *Ad argumenta principalia*, d. 12. q. 1. cum suis Garbr. q. vnic. art. 2. (vbi Durand q. 1. & 2.) & d. 1. q. 2. a. 1. circa fin. Henricus quodlib. 6. q. 6. docent humanitatem Christi, etiam cum vnione hyposthatice posse peccare, neque habere consequentem adhuc impossibilitatem peccandi, id quod videtur insinuare Alex. 3. p. q. 7. m. 2. a. 1. q. 11. m. 1. q. 12. m. 1. a. 1. Reliqui tamen Theologi docent vi unionis humanitatem Christi esse consequenter impeccabilem ita Magist. in 3. d. 12. c. 2. S. Th. q. 2. a. 1. & 2. S. Bonau. a. 2. q. 1. & 2. Ricard. & Palud. q. eadem Capreol. q. vnic. a. 1. & 3. Almain. d. 1. q. 2. post init. Dionys. Cisterciens. q. 3. a. 2. Molin. 1. p. q. 14. a. 13. d. 18. m. 4. ad quam etiam quæstionem Caier. Bannez. & Nazar. Vasq. d. 61. c. 3. Soar. d. 33. Valent. q. 15. punct. 2. Ragusa d. 114. Becan. c. 12. q. 3. concl. 4. Monzeus d. 9. c. 2. Granad. tract. 10. d. 2. vterque Hurtado, & Lugo d. 26. Vvadingo d. 8. dub. 1. Bernal. d. 43. sect. 1. alijque, è quibus nonnulli temeritatis notant sententiam aduersam: ego vero paulo solum duriorum iudico, quam si cum gratia peccati composibilitas asseratur, quam de potentia absoluta asserere nullam mereatur censuram, ex natura rei aliquam. Probatur conclusio ex 1. Ioan. 3. *Omni qui natus est ex Deo peccatum non facit: quia semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quia ex Deo natus est.* Atqui Christi humanitas vi unionis Dei filia naturalis, sanctaque infinite est, atque habens semen Dei in se: ergo quandiu vnionem habet, non facit nec facere potest peccatum; alioqui si posset mala causalitas assereretur à Ioanne peccati non facti à Filio Dei, etiam

etiam adoptiuo: quia Dei filius est, Deique semen in eo manet.

4 Secundo probatur ex verbis Naz. orat. 36. 4. de Theolog. probatis à Synodo Constantinopolitano 3. gener. 6. act. 17. & 18. à Florentina gener. 8. instruct. Armenor. post sess. vltimam quæ sic habent: *Illius enim voluntas, Christi, cum tota Deificata sit Deo procul dubio non aduersatur.* August. de incarnatione Verbi circa fin. *Sicut vas ipsum, quod substantiam continet vnguenti nullum genus aliud potest recipere liquoris: ita anima Christi, velut in quo inerat substantia vnguenti, nempe sanctitatis, impossibile fuit, vt contrarium reciperet odorem 11.* Et correptione, & gratia. *Neque enim metuendum erat, ne isto ineffabili modo in vnitatem persone à verbo Deo natura humana suscepta per liberum voluntatis peccaret arbitrium: cum ipsa susceptio talis esset, vt natura hominis à Deo ita suscepta nullum in se motum male voluntatis admitteret.* Anselm. 2. Cur Deus homo cap. 10. init. Christum peccare non potuisse ait, quia erat Deus. Athanas. 1. de incarnat. post init. *Verbi tamen incarnatio secundum naturam Dei facta nostrorum vitiorum susceptibilis non fuit, quæ ex vetustate etiam, hoc tempore herere in nobis solent.* Post pauca: *in eo miraculum est, quod Dominus homo factus est sine omni peccato.* Consonat Hilar. 10. de Trinit. Cyrill. Alex. contr. Antropomorphit. cap. 23. *Stolidi vero, ac dementes sunt qui ipsum etiam Christum, nescio quo pacto peccare posse affirmant: eam ob causam quod in eadem atque nos specie fuerit versatus.* Quibus consequens, vt minimum humanitatis Christi impeccabilitas asseritur.

CERTAMEN II.

Eadem conclusio à ratione probatur.

1 Verum enim vero, licet conclusio impeccabilitatis consequentis humanitatis vnitæ firma adeo ab autoritate sit, à ratione infirmè ab aliquibus probatur Suarez sect. 1. ex eo probatur quia peccatum, vt potè actio Christi esset venerabile, cum ei essentia sua venerabilitas repugnet. Negatur facillè: non enim omnia, quæ naturæ vnitæ hypotheticæ esse possent venerabilia sunt, nisi in eis capacitas venerabilitatis supponatur: alioqui si natura assumeretur equina, vt potest hinnitibus, & calcitratio eius venerabiles essent. Item Iudæ osculum, & labia, Malchi alapa cadentis Christum manus, ac colaphisantium, & tortorum, quæ Christum æquè arctè, imò arctius, ac vestes contigerunt venerabiles sicut Christi vestes sunt venerabiles essent, cum ergo peccatum essentia sua turpissimum, atque execrandum quid sit, licet à natura vnita prodiret venerabile minimum foret. Sic etiam asserimus omnes naturam irrationalem sanctificandam à Deitate, & persona verbi non fore, etsi assumeretur, vt potest, quia irrationalia sanctitatis omnis incapacia sunt, Thomistæ eam, vt plurimum rationem, assignant: quia cum actiones suppositorum sint. Si natura humana vnita supposito diuino peccaret, peccaret, ac peccare diceretur Deus verbum: qua ratione vt Soarius libenter ad consequentem hanc impeccabilitatem, sicuti, & ad antecedentem posset. Ostendi tamen falsum esse illud principium in sensu, quo ab his vsurpatur: quare absurdum solum esset, quod verbum per idiomatum communicationem, ac Deus diceretur peccare, si peccaret humanitas vi vnionis in verbo supposita. Hoc autem non irrationabiliter absurdum esse aduersarij negarent: etenim non minus repugnat verbo, ac Deo mors, quam peccatum: & tamen sine absurdo per idiomatum communicationem dicitur verbum, ac Deus mori: ergo sine absurdo per eandem diceretur peccante humanitate peccare.

2 Respondent ex S. Th. q. 29. de verit. art. 1. ad 1. prædicata, quæ per se primo conueniunt supposito, si diuino repugnet non posse per idiomatum communicationem dici de Deo, ac supposito diuino, vt patet, inquit,

in prædicato creaturæ. Cum ergo peccatum, vt potè actio, per se primo conueniat supposito, cuius actiones omnes sunt, ac diuino supposito repugnet, nequit de Deo per communicationem idiomatum dici: sed doctrina allegata non est S. Th. vt mox ostendam, sed falsa, falsoque illi principio nititur à nobis sæpè reiecto, ac tandem implicat cum Thomistarum ratione, quam impugnamus S. Th. doctrina loco citato est ea quæ hypothetici secundum se, sine consortio nature conueniunt, si diuinæ repugnet, non posse de Deo dici, ac supposito diuino per idiomatum communicationem, vt esse creaturam, incipere esse, quia sensus, vel saltem æquiuocato illius esse potest suppositum diuinum ea omnia habere: cum autem peccatum non conueniat supposito sine consortio nature, non obest regula S. Th. quominus per idiomatum communicationem peccare dicatur, sicut dicitur mori. Secundo doctrina ille falsa prolixi est: quia esse creaturam nõ magis dicit actionem suppositi propriam, quam mori, & tamen dicitur per hos de Deo per communicationem idiomatum ex regula illa. Item ambulatio, stertus, commestio, actiones, & per se primo dictæ in horum doctrina de supposito sunt, & repugnant diuino, & tamen per idiomatum communicationem dicuntur de Deo. Denique iuxta hanc doctrinam non inferitur absurdum quod ratio Thomistarum intendit. Cum enim peccatum per eos dicitur per se primo de supposito, & repugnet diuino sicut esse creaturam, sicut licet dicitur de humanitate esse creaturam, non statim dicendum est per idiomatum communicationem de Deo, ita nec peccare, etsi de humanitate vnita diceretur. Hoc ipsum confutat Granados nostri solutionem, quod de Deo per idiomatum communicationem ea solum dicantur prædicata, & actiones quas Deus amat, peccatum autem, nec amare quidem potest. Bene ergo etsi peccaret humanitas non inferitur Deum, ac verbum per idiomatum communicationem dicendum esse peccare vt tua ratio contendebat. Regula etiam hæc est falsa: quia licet Deus permissiue solum atque omisiuè se haberet circa mortem Christi non voluit, sed per suspensionem puram decreti concurrenti ad vitæ ipsius conseruationem, sicque humanitas Christi obiret, Deus tamen ipse per idiomatum communicationem diceretur mori: ergo communicatio idiomatum non pendet ex eo quod prædicata, quæ de altera natura dicuntur Deus vult, & amat, vt patet in occisione, & passione, vt à Iudæis, quam ab illis passus dicitur Deus, quin vt ab illis Deus illam amarit, tum adeo vt sic, fuerit execrabilis.

3 Probanda ergo conclusio est primo: quia sanctitate Deitatis communicatæ humanitati vi vnionis hypotheticæ redditur humanitas impotens etiam antecedenter ad peccandum: ergo nequit peccare consequenter. Patet consequentia: quia ex potentia, siue possibilitate consequentis in eisdem circumstantiis recte inferitur potentia antecedens in actu primo ad consequens, siue ad actum secundum. Assumptum vero antecedens probabitur abundè à quæst. 2. Sed ne conclusio hæc facilius, & clarior à difficiliiori illa pendat, probatur secundo ratione à Patribus recitata in summa, atque explicatius eformata à Valquez c. 6. Monzo c. 1. Lugo sect. 2. quam sic ego eformo gratia, & sanctitas prædicato suo repugnat formaliter cum peccato, siue contrariè siue contradictoriè, ergo quo maior, peccatorque sanctitas est, magis fortiusque pugnat formaliter cum peccato: atqui sanctitas humanitatis vnitæ est maxima quæ potest adesse, atque infinita abilitate nempè Deitatis, & personæ diuinæ, à qua deificatur, atque substantia tota vnguenti vngitur, & sanctificatur, vt Patres aiebant: ergo fortissimè, atque insuperabiliter cum peccato vbi primum adest humanitati formaliter pugna pugnat, ac secum illud in humanitate minime patietur, quod ipsum est. Impeccabilitas consequens humanitatis vnitæ. Hinc frigit Durandi obiectio, quæ licet positione huius sanctitatis per Deitatem nihil verum addatur potentie humanitatis ad resistendum peccato ex parte actus primi, nihilque immutatur po-

rentiæ ad peccandum, actus secundus peccati impeditur formaliter per impossibilitatem cum forma opposita, & supposita est: ad utramque autem impossibilem formam coniungendam nunquam fuit potentia in humanitate, ac proinde Deum, cuius tantum ea coniugenti potentia est peccatum refunderetur, quod cum præsupposita Deitatis sanctitate in humanitate iungeretur.

QVÆSTIO II.

Fueritne vi vnionis humanitas Christi antecedenter impeccabilis.

OST consequentiam humanitatis Christi impeccabilitatem de antecedenti inquirimus.

CERTAMEN I.

Difficultatis punctum, & conclusio affirmans auctoritate probata.

I CVM peccabilitas antecedens si potentie indifferentia ad peccandum, vel non peccandum, impeccabilitas erit determinatio potentie ad non peccandum (sive ea determinatio actiua sit, sive impeditiua solum) se ex parte actus primi tenens. Licet enim obseruatione præcepti fiat pro hoc instanti durationis peccatum, seu transgressio opposita voluntati impossibilis: cum tamen impedimentum hoc non se teneat ex parte actus primi potentie liberæ ad peccandum, vel obseruandum præceptum, sed vsu, & actu secundo ipsius inducatur, libertatem ad peccandum non impedit: quocirca impedimenta quæ se ex parte actus primi tenent ad peccandum absolute excludenda debent per se præsupponi ex parte actus primi potentie vt libera ad peccandum maneat in hac duratione. Cum enim physica sui assistentia potentiam impediunt in actu primo ad peccandum quovisque eorum negatio pro ea duratione adit nequit esse potentia expedita in actu primo ad peccandum, quare neque in actu primo potens ad utrumlibet, in quo libertas, & differentia ipsius essentialiter consistat: vero impedimentum potentie ex parte actus secundi appositum, vel apponenda non debeat supponi excluda ad indifferentiam, & libertatem potentie in actu primo, cum eam eiusque vsu sequantur: quod si per accidens libertatis vsu præueniant, quæ per se illum sequi nata sunt, quippe, quæ per se ad actum spectant secundum, quia extrema sunt, ad quæ indifferentes potentia, tanquam ad actus suos comparatur, per accidens potentie libertatem impediunt, ac proinde, eorum etiam sic per accidens vsu libertatis præuenientium, negationes ex parte potentie liberæ in actu primo supponenda sunt: patet in gratia infusa à Deo independentem ab vsu libertatis ad peccandum, quæ libertatem in actu primo ad peccatum cum ipsa impossibile prorsus abolet: quare gratia independentem ab vsu libertatis collata negatio ex parte potentie liberæ ad peccandum in actu primo supponenda est: verum cum id non per se, naturaque sua habeat gratia, vt independentem ab vsu libertatis ad peccandum donanda sit de se impedimentum libertatis non est, neque eius absolute negatio supponi ex parte actus primi debet ad libertatem seruandam potentie ad peccandum, sed solum vt independentem ab vsu libertatis collata; quod secus euenit in his, quæ de se, naturaque impedimenta sua sunt ex parte actus primi. Contra vero si ea quæ natura sua impeditiua libertatis in actu primo sunt, atque à Deo dari independentem ab vsu libertatis exposcunt dependentem ab eo donentur, vt quandoque possunt per accidens libertatem seruabunt, quia ex parte actus primi supponuntur excluda, quem eiusque

R. P. Chr. Top. de Orig. de Dei incarnat.

vsu tunc pro posteriori sequuntur.

2 Tota ergo difficultas est an vi vnionis hypostaticæ aliquid sit in humanitate, quod natura sua potentiam voluntatis instructam cogitatione sancta retrahent à peccato, & mala suadente peccatum, ac proinde indifferentem, & liberam ad peccandum ex parte actus primi ita impediatur, vt non solum potestate consequenti, quia formaliter assert sanctitatem cum peccato, & actu secundo eiusmodi potentie liberæ impossibilem, aut quia collatum sit per accidens independentem ab vsu libertatis circa peccatum, vt eo durante pro duratione illa nequeat voluntas peccare; ac proinde nisi ex parte actus primi eius negatio supponatur nequeat esse in Christi voluntate ad peccandum pro ea duratione libertas: quod plim est in sensu diuino vnionis in hoc instanti posse peccare, id est si ab ea diuidatur, seu separata esset pro hoc instanti vnio, non autem in sensu composito, id est posita vnione peccare non posse. Licet enim semel posito quouis pugnantem solum formaliter cum peccato nequeat esse pro eodem instanti peccatum, aut nisi antecedenter cum illo pugnet, pro hoc eodem instanti potuisset non poni, & poni loco eius peccatum, vt patet, alius enim sensus diuinus, quem solum Recentiores recognoscunt pro alio instanti sequenti, solum inseruit quæstioni tertie de inamissibilitate vnionis per peccatum. Denique dixi vi vnionis, quod formaliter intelligendum in hac quæstione est non radicaliter, & illatiue. Cum enim vnio hypostatica radix sit vnionis beatæ, & Charitatis inde necessario ortæ, quarum veras potentiam abolet ad peccandum dubium non est quin humanitatem Christi, sicut, & cæterorum Beatorum, impeccabilem reddat radicaliter. Vt ergo de specialiori, ac non commune Beatis Christi impeccabilitate antecedenti vi vnionis hypostaticæ in humanitatem inducia sit quæstio, illud vi vnionis formaliter est accipiendum non radicaliter.

3 Sic igitur explicatam antecedentem impeccabilitatem humanitatis Christi vi vnionis hypostaticæ defendunt Scholastici Doctores, qui eius impeccabilitatem consequentem vi vnionis hypostaticæ defendebant q. i. cert. i. n. 2. Est item expressa Patrum sententia, quos magno numero referunt Valq. Monachus nostrique reliqui. Dionys. Alex. epist. Contra Paul. Samosatensem. *Nisi fuisset (Christus) idem, qui erat Deus, verbum non poterat esse alienus à potestate peccandi. Nemo enim est qui peccare possit nisi vnus Christus: sicut Pater Christi, & Spiritus sanctus. Antecedenter scilicet; Nam consequenter plures alij sunt, qui peccare non possunt. Huc faciunt testimonia Nazianzeni, Augustini, Anselmi recitata quæst. i. certam. i. numero 3. Epiphani. anchorato longè à med. Numquid suscipiamur ipsum peccatis fuisse subiectum? Cum alijs sanctitatem omnem tribueret, carnem suam frenabat; Pergit, Ipse enim in se habens naturæ humane vniuersa sustinuit Deus existens: tamen non diuisa ad malitiam, non fracta à malignitate, non capta voluptate, inferius, si superne perfectus est. & infra perfectus est: non in alio profecto habitauit, sed in seipsum omnia perfecit. August. cap. 40. enchirid. hominem in tantam personæ vnitatem susceptum ait, vt idem filius Dei, & hominis foret: ac si in naturæ humane susceptione steteret quodammodo ipsa gratia illi homini naturæ, que nullum peccatum posset admittere. De peccator. merit. & remiss. c. 11. de Iob ait: secundum illam iustitiam qua se nouerat iniustum se vituperauit, atque distabat, & simauitque se tertiam, & ceterem mente conspiciens Christi iustitiam in cuius non tantum diuinitate, sed neque anima, neque in carne vllum potuit esse peccatum.*

4 Cyril Alex. contra Antropomorphitas capite 23. post verba recitata quæstione prima, certamine primo, numero quarto, immediatè subdit. *Si enim desit esse, quod erat, aut ex diuina natura in humanam tantum, ac nostri similem naturam abiit humanam imbecillitatem illi obiciant? si vero humanam naturam gestauit, vt eam quam ab Adam acceperat imbecillitatem in se validam, ac peccato superiorem declararet, cur frustra id anxie inquirunt, quod inuenire non possunt? Vbi peccabilitatem humanitatis Christi non conuersa Deitate in humanitatem iudicat impossibilem. Synodus 6. act. 8. in confess. Macharij postquam*

Christum impeccabilem appellat hæc ex Athanasio de aduentu Christi contra Apolinar. refert, & probat: *si autem non in natura peccatrice impeccabilis visus est, quomodo condemnatum est peccatum in carne, nec efficaciam habente? nempe ad peccandum, (vel ut legitur in exemplari Athanasij, neque prauaricationem habente) neque Deitate peccatum scienter.* Cuius argumenti vim examinare huius loci non est, sed solum scientiam, quæ ad rem præsentem aperte facit assumere. Chrysost. in id. I. 7. *Propter quod antequam sciat puer etc.* iuxta vers. Hieron. 2. dialogor. contra Pelag. ac Hieronym. impeccabilem Christum hominem appellant: idque proprium Dei esse, quare de antecedenti impeccabilitate loquuntur. Mitto aliorum testimonia, quæ opportunius pro nostro huius impeccabilitatis antecedentis modo primo recitabimus: sicut & testimonia alia, quæ ad probandam inamissibilitatem pro instanti sequenti vnionis semel habitæ pro antecedenti afferemus.

CERTAMEN II.

Aliorum pro humanitatis antecedenti impeccabilitate rationes imbelles.

1 **M**agister, Bonau. & Soar. aiunt humanitatem Christi ex consortio diuinæ personalitatis cui vnita est in personam coaluisse, cuius non humanitatis solius huius operationes erant, quia actiones suppositorum sunt: quare, ut prauas posset exercere, opus erat, ut verbum etiam specialiter non solum generali concursu ad eas posset concurrere, quod diuinæ personæ repugnat, ac proinde humanitati, quæ sine illa operari nequit. Huic opinioni assentitur Bernal. d. 43. sect. 1. §. 3. numero 26. licet alia misceat principia de speciali dependentia humanitatis à verbo, atque identitate actionis productiue humanitatis cum vnione hypostatica à nobis impugnata d. proœm. questione 2. certamine 4. generatim ergo impugnat sententia. Primo: quia actiones eo sensu suppositorum non sunt, ut sæpe dixi, & probaui latius in physicis. Secundo: quia per hos personalitas conditio solum est ad agendum humanitati operanti: quare ei tribui operatio, quæ praua non debet. Tertio, quia licet sit principium speciale influxuum subditur voluntati humanitatis operantis, cui si se accommodaret eius virtute abutenti, non magis esset causa malitiæ operationis prauæ Verbum, quam tota Trinitas cum generale concursu offert, eoque abutitur voluntas. Confirmatur: quia habitui supernaturali cuiusvis alteri principio partiali subdito despotice voluntatis libertati non imputatur moralitas virtutis supernaturalis: ergo neque moralitas vitij. Quarto denique: quia cum omisso ex partiali principio non concurrente ad quæ causetur omittente liberè de se voluntate Christi humana esset omisso actus præcepti, quin verbo imputari posset: cum per ipsum omisso actus non steterit, cum ommissione voluntatis factus fuerit actus verbo impossibilis. Mitto rationem aliorum de communicatione idioma actionis peccaminosæ humanitatis cum verbo impugnatam, q. 1. cert. 1. num. 5.

2. Valq. supra sæpe, & præcipue cap. 7. Luif. Torres d. 10. citata dub. 6. eiusque reliqui discipuli aiunt, vnionem hypostaticam non pendere ab operibus humanitatis, ut dicebat Dionys. Alex. recitatus d. 2. q. vlt. quare petere natura sua dari independentem ab illis, atque expressiores cogitationes ad obediendum Deo, & abstinendum à prohibito, quin locum relinquat ad cogitandum expressius contra præceptum, seu circa opus prohibitum; quod opus omnino erat, ut posset antecedenter voluntas exequi, vel non exequi præceptum, vel sequi prohibitum, iuxta eius doctrinam 1. 2. d. 128. cap. 6. Hinc deducit: neque pro instanti sequenti vnionem semel habitam posse peccato perdi cum de-

beat conseruari independentem ab operibus, sicut primo natura sua producta est, atque pro illo etiam expressiores cogitationes debeantur; quod secus in gratia habituali eueit, cui neutrum debetur. duò hic traduntur, & impeccabilitas antecedens vi vnionis, & eius inamissibilitas per peccatum: atque alterutrum duplici fundamento: alterum de necessaria productione vnionis hypostaticæ independentem ab operibus, alterum de debito expressioris cogitationis. Fundamenta impugnantur hic quatenus ad antecedentem impeccabilitatem attinent; quatenus vero ad vnionis inamissibilitatem non. Primo: quia doctrinam de expressioribus cogitationibus affatim reieciimus controu. de auxiliis. Secundo, quia loco citato ex 1. 2. licet expressiorem cogitationem ad efficaciam requirat, tamen vltimum futuritionem conditionatam consensus requirit, neque cum expressiori cogitatione necessario coniungendam consentium an, sed locum relinquat, ut expressior cogitatio ad oppositum quærat: ergo licet vnione hypostatica detur cogitatio expressior ad opus præceptum, nec locus relinquatur ad cogitandum expressius circa oppositum poterit voluntas non elicere actum præceptum, etique libera libertate contradicitionis, ut sistat, atque illum omittat, peccetque peccato omissionis, quod satis est: peccabilis antecedenter sit omissionis, licet non committat: ac proinde absolute impeccabilis antecedenter non erit.

3. Resp. Recent. nullam cogitationem retrahentem à præcepto practicam esse in humanitate Christi, sicut neque in beatis. Sed contra, quia vel ratio practica, aut non practica fiat in intrinseco cogitationis, vel sumitur à potentia impedita aliunde, si in intrinseco cogitationis: ergo non adstante vnione cogitatio illa de non acceptanda morte v. g. practica non esset, quæ atque altare, vel si practica tunc esset, & nunc practica erit, cum vnio adest, si extrinsecus à potentia impedita per aliud, sicut in beatis à visione Dei, quæ rapitur necessario ad amorem summi boni super omnia, ac proinde ad non faciendum aliquid Deo offensuum, siue displicens: ergo exigentia expressioris cogitationis, & huius positione præcisè non auferret ratio practici à cogitatione ad non acceptandam mortem: quare libera erit voluntas ad non acceptandam. Secundo restat explicandum his Doctoribus, quid sit illud aliud, quod potentiam impedit à negatione acceptandi mortem, quoque in practica redditur cogitatio illa non acceptandi posita vnione. Dices esse cogitationem amittendæ vnionis, si mortem non acceptet. Contra primo: ergo vnione, & expressiori cogitatione, quam petit, non impeditur ratio practici à cogitatione non acceptandi. Contra secundo: quia licet cogitatio qua illud malum proponitur, nisi vnio beata eadem sit, quod ad rem non est, non rapit voluntatem, ac Dei amorem super omnia quo imponi faciendi quod Deo iniustum, & offensuum, siue commissiuè, siue omissionis reddatur voluntas: neque cogit ad amorem essentem vnionis, quæ bonum infinitum non est, quo cum pugnet amor operis cum ipsa incompossibilis, vel fuga operis necessarij ad eius conseruationem: etenim ad id solum cogit summi boni, Dei scilicet vnio beata qua talis. Contra tertio: quia vnio per hos DD. inamissibilis est per peccatum semel posita: ergo cogitatio illa amissibilitatis seu amissionis vnionis per peccatum, vel si humanitas peccet, est falsa, ergo nequit esse in humanitate Christi, ut Valq. eiusque discipulis, imò, & Theol. reliqui docent cognitio falsa prorsus repugnat.

4. Secundo impugnat: quia id solum natura sua datur independentem à negatione peccati, quod antecedenter cum peccato, nec solum formaliter pugnat: ergo nisi ostendatur ratio cur pugnet antecedenter cum peccato vnio hypost. frustra, & gratis assumitur dari natura sua independentem à negatione peccati: quidquid enim opponitur peccato, & non habet antecedentem oppositionem dari potest dependentem natura sua à negatione peccati, ut patet in gratia habituali dices à priori inde solum posse probari: aut te non probare quod detur natura sua independentem à negatione peccati, sed ab autoritate Dionysij Alex. dicentis dari independentem

denter à meritis vnionem, & inde à posteriori probari
impeccabilitatem antecedentem, siue oppositionem an-
tecedentem vnionis cum peccato. In primis fateris te
non explicare istam antecedentem impeccabilitatem,
sed conclusionem ex autoritate remotè inferre, quam
proximè immediatè, atque in terminis Patres tradunt,
cuiusque rationem Theologia inquirat. Deinde non est
idem dari independentem à meritis, atque à negatione
peccati. Etenim ex eo præcisè quod sit forma dignifi-
cans opus in eod. instanti nequit cadere sub merit. ope-
ris iuxta doct. Vasq. contr. 3. d. 3. q. 1. cert. 4. à nobis lau-
datam, & probatam: ergo in eius doctrina, & quidem
vera, non est opus quod vnio, qua opera humanitatis
dignificantur pugnet antecedenter cum peccato ad hoc
ut nequeat dari dependenter à meritis: siue ut detur na-
tura sua independentem à meritis. Tertio valeat conseq.
Datur natura independentem à meritis: ergo datur natu-
ra sua dependentem à negatione peccati. Valebit tamen
etiam hæc: datur dependentem à meritis: ergo & depen-
dentem à peccato: negatione: ergo eo solum quo impedit
dependentia à meritis impeditur dependentia à nega-
tione peccati: atque dependentia à meritis sola identita-
tate præmij, & formæ significantis in eodem instanti
impeditur per te, non autem oppositione antecedenti
cum peccato: ergo nequit detur independentem à nega-
tione peccati, opus est, ut pugnet antecedenter cum
peccato. Subsumptum antecedens probatum manet
ex Vasqij doctrina. Probatumque rursus: quia per
opera humanitatis dignificata ab vnione hypostha-
tica in vno instanti, etsi opera præcepta sint, posse hu-
manitatem Christi promereri vnionem pro alio Vasq.
docet.

5 Denique quod natura sua datur dependentem à nega-
tione peccati, ut gratia habitualis potest dari indepèn-
dentem ab illa, atque impedire libertatem, ut diximus:
ergo, licet vnio hyposthatica natura sua detur independen-
dentem à negatione peccati, poterit dari dependentem ab
illa, tuncque cum vsum libertatis sequatur, ad peccatum
eiusmodi libertatem non impedit, ac proinde in eod.
instanti stare poterit in humanitate, & vnio, & potentia
libera ad peccandum. Confirmatur: quia Principia impedi-
entia de se influxiuè peccatum, ex parte etiam anteceden-
tis possunt dari à Deo in eodam instanti dependen-
ter à negatione peccati. Etenim potest Deus discernere,
dare gratiam, & visionem Beatam, cuius illa semen est
in hoc instanti dependentem à negatione peccati, & tamen
visio natura sua impedimentum influxiuum ex
parte antecedentis est ad peccatum. Cuius rei rationem
dum discrimen impedimenti ex parte antecedentis purè
impeditur ab impedimento, ex parte etiam anteceden-
tis influxiuo designo, videlicet cert. 4. iam vero sic da-
ta vnione hyposthatica dependentem à negatione pec-
cati expressiores cogitationes, quæ posterioris natura da-
rentur, antecedentem potestatem peccandi, quæ ante
supponebatur, lædere haud quaquam possent: & sanè
supposito quod vnio hyposthatica independentem à nega-
tione peccati daretur inutiliter ad libertatē ad pec-
candum aboleandam expressiores cogitationes aduocan-
tur ex eo enim præcisè, quod vnio, quæ cum peccato est
saltem formaliter impossibilis, independentem ab vtu
libertatis ad peccandum, vel non peccandum donetur,
ipsamque præueniat, libertatem ad peccandum ex parte
antecedentis impedit, ut cert. 1. n. 1. dicebamus.

6 Gaspard. Hurt. d. 10. diff. 7. antecedentem hu-
manitatis vnite impeccabilitatem in eo constituit, quod
Deitas quam humanitati vnio affert, forma sanctificans
sit, & fortiori peccato, quare & à peccato insuperabilis.
Rident solut. Complut. Recent. & tandem dum suum
fortasse nostrum impeccabilitatis huius antecedentis
modum suo modo explicant in hanc solutionem inci-
dunt, quam riterunt in vtriusque pugnat: quia in ge-
nere formalis impossibilitatis æqua est impossibi-
litium repugnantia, nec maior nobilioris formæ, quam
oppositæ ignobilioris: ut patet in habitu, & eius priua-
tione, quæ quo nobilior est, habitus est ignobilior. Ratio
est: quia quo gradu forma pugnat, estque impossi-

R. P. Christoph. de Ortega de De incarnatione.

bilis cum opposita, & hæc pugnat, estque impossi-
bilis cum ipsa: Fateor vniam formam maiorem habere
exigentiam perdurandi, quam aliam, ut contr. de alterat.
d. apud nos data, ab aliis prius cussa de resist. & impug-
naturali euincemus. Sed maior hæc exigentiæ fortitu-
do posset ad inamissibilitatem vnionis per peccatum in
sequenti instanti inferuire de quo q. 3. ast ad impediend-
dam libertatem potentia in actu primo ad peccandum,
pro instanti in quo est, de quo nunc nihil inferuit: cum
non sit exigentia Durandi pro instanti, in quo est, atque
in super formalis oppositio tota cum peccato non sit in
actu primo, antequam existat peccatum, nisi independen-
ter detur à negatione libera peccati, ut patet in gra-
tia habituali, quæ, & impossibilitatem habet, & per-
durandi exigentiam, & tamen nisi detur independentem
ab vtu libertatis ad peccandum non impedit libertatem
in actu primo ad peccatum. Sin autem maior illa for-
titudine sit in actu primo potentia ad peccandum expli-
cetur quid sit. Nā maior fortitudo vnionis ex parte po-
tentia ad non peccandum insuperabilis à peccato idem
est, quod impeccabilitas antecedens, cuius rationem in-
quirimus. Denique si maior illa fortitudo ex parte po-
tentia sit exactiua, poterit Deus non annuere, imo, etsi
sit actiua, & influxiua etiam, poterit dari vnio à Deo de-
pendenter à libera negatione peccati, ut dicebamus n.
5. nuncq; potentiam liberam ad peccandum, cuius vltim
natura sequitur, retrogradè impedire non poterit, nisi
sibi ipsi contradictoriè natura præcedat.

CERTAMEN III.

Rationes alias Doctorem conuollo.

1 Recentes Complutenfes ex Monacho nostro
annis pluribus hac ratione antecedentem huma-
nitatis impeccabilitatem, atque exigentiam naturalem
ut detur independentem à negatione peccati: sicque po-
tentiam in actu primo ad peccandum impediatur expli-
carunt, quia vnio personalis loco, & signo propria do-
nanda est ad complementum naturæ, propria vero
personalitas, & quæcumque naturam complet dari
petunt independentem ab omni vtu libertatis, nec so-
lum à negatione peccati. Confirmarique acurè posset
quia vnio personalis præcisè solum affert personalita-
tem, quæ formalis sanctitas humanitatis non est: quare
neque ex oppositione formali cum peccato eius nega-
tio expectanda natura sua est, ut donetur, sicut ad dona-
tionem gratiæ expectatur. Verum natura complementa
sua exigit, non autem exigit quod sine alterius adiu-
uantis interuentu donetur, heque contra eius exigen-
tiam sit si statim in primo suæ durationis instanti ob
merita suorum operum, & obseruantiam præcepti,
ac proinde negationem peccati donetur, sed solum si
non donetur complementum quod exigit. Contra se-
cundo: quia licet naturaliter dari sine intermediis vli-
lis complementum personale peccati, non tollitur, quo-
minus Deus dependentem ab vtu libertatis dare absolu-
tè possit, si velit: quare potentia absoluta poterit præ-
ueniri à libera negatione peccati vnio hyposthatica, at-
que cum antecedenti impeccabilitate consistere. Tertio:
vnio, qua suppositalis formaliter, & præcisè nihil affert
peccato repugnans adhuc formaliter, & ut pro ad-
uersariis dicebam: solum ergo pugnat ratione Deitatis
identificatæ cum personalitate verbi, quam formaliter
affert: illa enim affertur sanctitas infinita humanitati,
quæ pugnat formaliter impossibilitate cum peccato:
atque ratione huius potius petit dari vnio depen-
dentem à negatione peccati impossibilis sicut
quævis alia forma sanctificans: ergo licet perso-
nalitas propria petatur à natura independentem
à negatione peccati, non autem aliena diuina.
Quarto: pone humanitatem peccasse in instan-
ti primo suæ existentia, assumptamque fuisse in
secundo, tunc nequit non assumi ad vnionem de-
pendentem

Qqq 2

pendenter à destructione, ac negatione peccati ante acti, idque natura sua. Demum tota hæc doctrina supponit personalitatem creatam distinctam quid esse à natura indiuidua totali, cuius oppositum ostendimus d. proœmiali.

2 Herize. 1. p. d. 24. c. 3. n. 40. Granad. tract. 3. de incarnatione. d. 3. lect. 4. n. 25. Lugo supra lect. 3. n. 3. aiunt, vi vnionis teneri Deum ad decernendum suspensionem concursus ad actum Christo prohibitum, & concursum ad præceptum quorum altero præcepta operatio ex parte antecedentis non poterit non esse, altero prohibita esse nequibit. Sed in primis: cur Deus vi vnionis ad sic decernendum teneatur, explicare, assignare vè deberet hæc opinio. Secundo, vel ita vnio ea decreta exigit à Deo sicut causæ naturales concursum, & similia: & tunc sicut sine indecentia non semper causis naturalibus annuit, ita huic exigentiæ poterit non annuere, vel est exigentiæ cui nequeat non annuere Deus sine indecentia, & hoc erit ostendendum ab his Doctoribus. Deinde quomodocumque exigitur poterit Deus expectata negatione peccati pro hoc instanti decernere vnionem pro posteriori naturæ, quo in casu peccatum in hoc instanti pro priori naturæ possibile fuit, ac proinde humanitas in instanti vnionis est peccabilis antecedenter, vt sæpè dixi. Quarto licet posito decreto non concurrendi ad prohibitum sit commissio antecedenter impossibilis humanitati, aut omissione actus vitalis, v. g. acceptationis mortis posito decreto concurrendi erit possibilis antecedenter voluntati humanæ: cum hæc sit essentialis principium quo non concurrente ponetur omissione nisi aliud decretum absolutum prædeterminans voluntatem Christi ad eam acceptationem addatur.

3 Bernal. citatus lect. 1. §. 3. à n. 17. supposita vulgari repugnantia, ipsi tamen non probata, contrarietatis peccati cum gratia docet, fore vt Deus speciali concursu influeret in peccatum, si humanitas peccaret ac proinde, & ipse peccaret; quod quia fieri proflus repugnat ex parte antecedentis, & humanitatem vnitam peccare ex parte antecedentis repugnat. Probat specialem Dei concursum in peccatum: quia in præsentia contrarij contrarium quoduis fortiori Dei concursu eget, vt conferuetur, quam sit concursus naturalis; Lugo vero d. 26. lect. 1. à n. 11. qui primus in hunc modum incidit, contendit contrarium alterum tantum, quod alio supposito pro priori naturæ in subiecto denuò inducitur robustiori Dei concursu egere. Sed certè vterque ex minus penetrata natura, & essentia pugna, & resistentiæ contrariorum discurret, sicut & reliqui, qui ante nostram ea de re disputationem in similibus discurrerunt, vt paterebit; cum post hoc opus nostram Deo dante philosophiam ediderimus. errat itaque vterque in assignando, siue vni, siue vtrique contrariis Dei concursu fortiori ad conseruationem illius in præsentia alterius: neque enim maiori opus tunc est, quam in contrarij absentia, sed minus debito. Secundo: cum Deus peccati author non sit, concursus, etsi maior necessarius foret, non ab illo, sed à voluntate esset, licet autem ad physicum amplius concurreret, si id esset ad exigentiæ, siue vt non desset determinationi pertinacis voluntatis, non magis peccati author foret quam concursu generali. Tertio si peccatum supponeretur prius natura in solam vnionem edendam in eodem instanti fortius incumberet Deus. Quarto in peccato omissionis cuius est efficacissima causa negatio concursus voluntatis creatæ, nihil concursus adhibendum Deo esset, sed solum ad vnionis conseruationem. Quinto si decerneret dare vnionem dependenter à negatione libera peccati præcessisset peccabilitas antecedens, & peccati negatio ad vnionem quare opus non esset maiori ad vnionem, quæ sola foret concursu Dei, nedum ad peccatum, quod esse pro illo instanti non poterat. Sexto demum errauit vterque impeccabilis antecedentis intelligentia existimans esse potestatem coniungendi gratiam vnionis, & peccatum, seu peccatum, & eius contrarium, vel contradictorium: ad quod opus sit maiori concursu Dei in peccati existentiam. Non est autem potestas ad vtrumque si-

mul, sed ad vtrumlibet vnum scilicet, vel alterum, quæ esse ex parte antecedentis ad peccatum potest in instanti, quo est vnio contraria, non secus & que pro instanti quo est gratia habitualis quæ Bernal. obicit se ipsis languescunt, & nutant.

4 Capreolus, & Palud. quod sequitur Suar. d. 24. lect. 2. Monæus etiam supra; Granad. tract. 10. d. 2. à n. 11. Becan. supra Vvadingo d. 8. dub. 1. §. 2. n. 16. Bernal. cit. lect. 1. §. 3. qui vniam hac in re, & præcipuam rationem censet, aiunt: verbi personam iure vnionis teneri ad regimen humanitatis vnitæ, vt ipsi humanitatis peccata imputanda sint non secus atque filij, & vxoris peccata, quæ eis permiserint Patri, & marito imputantur. Similiter appetitui rationali, nisi motus sensitiui inordinati: quia hic pars inferior subiecta illius est in quantum possit cohibeat. Sed iniquum Recentiores Complutenses, si periculum ab sit cohibere appetitus rationalis hic non tenetur eos cohibere in probabilis opinione: ergo cum ab sit periculum verbo consentiendi in peccata humanitatis non tenentur ea cohibere. Sed contra: quia ideo non tenetur appetitus rationalis in eo casu, quia sensitiui non habet libertatem; quare nec sunt ij motus peccati, quæ ipsi imputantur: aut in humanitate libertas adesset: quare & peccatum, quod verbo imputaretur. Vafq. & Recentiores Complutenses acriter in hanc inuehantur sententiam, & merito in Soarij principis. Nam obligatio hæc regiminis solum est obligatio non permitendi peccata, seu dandi auxilia congrua, & quæ non habeat connexionem nisi mediatam ratione auxiliorum quæ consequens solum est in Soarij sententia, ac proinde, quæ non tollit libertatem ad peccandum Confirmatur quia in Soarij sententia efficax præfinitio regulata per scientiam mediam non tollit ad actum libertatem, quia non connectitur cum illo nisi ratione auxiliorum. Tandem, si detur vnio hypostatica à Deo dependenter à negatione libera peccati, obligatio inde orta in verbo sequeretur natura vsum libertatis erga peccatum: quare eam in actu primo non impediret.

5 Denique sic olim discurrebam, vt quia sanctitas humanitati pro vnionem à Deitate communicata substantialis est, totiusque gratiæ habitualis aliis principium, & radix cum nobis, tum humanitati Christi, cui eam etiam determinatè exigit, quare posita vnione ponitur in humanitate principium determinatum gratiæ, quæ contrariè, vel contradictoriè oppositum est extremum peccato. Cum autem ad libertatem supponi debeat: ex parte actus primi potentia liberæ privatio cuiusvis principij determinati alterius extremi ex his ad quæ potentia de se indifferens est, vt libertas in actu primo, seu potestas ad vtrumlibet feruetur, sit planè, vt libertas in actu primo ad peccandum, vel non peccandum in humanitate vnita Deitati nequeat consistere: quare neque peccabilitas antecedens pro instanti vnionis in quouis signo consideratæ, potentia. Miror Granados, & alios, qui locuerunt humanitatem vnitam in actu etiam primo, incapacem erroris esse, quia, vt vnita exigit perfectam scientiæ humanitati, quæ errori ipsius circa obiecta illa repugnat in hanc sententiam non incurrisse. Pro ea porro stare videntur testimonia Patrum, quæ Christi impeccabilitatem exemplis ferri, & carbonis igniti explicant, dicentis Christi humanitatem non aliter ignitam Deitate esse, ac proinde impeccabilem, ea testimonia cert. seq. expendam. Sed enim cogitatio hæc à nobilitate frigidens nobis ipsis displicet: quia à Deo expectari potest libera peccati negatio in hoc instanti, vt humanitas vnitur, atque vnio, & gratia habitualis illi dependenter à peccati negatione, & vfu libertatis ad peccandum, sine vlla violentia, & miraculo, sed potentia ordinaria, quo casu vnio libertatem in actu primo humanitatis ad peccandum non impedit, eritque absolute humanitas pro instanti, in quo vnio adesset, antecedenter peccabilis: Quod si potentia absoluta fieri solum posse contendas, vt vnio detur dependenter à negatione peccati: saltem vniam humanitatem vnitam esse posse potentia absoluta, vt esset antecedenter peccabilis.

peccabilis absolute, quod est absurdum, minusque humanitatem Christi decens, Patribusque assonum.

CERTAMEN IV.

Propria, solidioresque meditationes pro antecedenti humanitatis Christi impeccabilitate.

1 **T**antum doctorum exemplo accensus, quorum casus, ut non sequentium ignorantia gloriam faciant, certe executionem præterdunt, aliam ad hanc rem Patrum vestigiis impressam, licet vetustate, an præcedentium incuria, emortuam viam aggrediar. Est autem huiusmodi discursus. Humanitas Christi sanctificatur Deitatis sanctitate, seu sanctitate, quæ Deitas est, & vnionis hypothætice: atqui sanctitati Deitatis, seu quæ Deitas est, repugnat antecedenter, nec solum consequenter, peccatum: ergo humanitati sanctæ per Deitatem repugnat antecedenter, nec solum consequenter peccatum. Minor est certa. Nam Deus ita è conceptu sanctitatis suæ sanctus est, vt ex illo necessario, & infallibiliter sit in omni signo, etiam ante vsum libertatis determinatus ad bonum quoad speciem, impositaque admittendi peccatum: quare cuiuscumque sanctitas diuina secundum se communicetur idem præstabit. Hanc rationem tradunt Patres plures ex recitatis. q. 1. atque ex datis hac q. 2. ferè omnes. Recole illud Dionys. Alex. *Nemo est qui peccare possit nisi Christus: sicut Pater Christi, & Spiritus sanctus. Idem inde eoque modo, sicut pater, & Spiritus impeccabiles sunt ita Christi humanitas, & & homo Christus eodem modo recitatus, Cyril. ibidem aiebat non posse humanitati vnice obici impeccabilitatem ad peccandum nisi inferatur Deitatem, de hisse, fuisseque in humanitatem conuersam atque Epiphanius Anchorato longè post medium, si *superne*, qua Deus, *imperfectus est & infra*, qua homo, *imperfectus est: si superne perfectus est, & infra perfectus est.* Quia non aliam, neque alio modo (si diuersitatem habendi per vnionem, ac non per identitatem, secludas) perfectionem, & sanctitatem peccato cuius repugnantem habet humanitas vnita Deo, quam Deus ipse. Cum ergo sanctitas substantialis Dei, quæ Deitas est, atque eminentialis duplicem oppositionem habeat cum peccato, & formalem, & antecedentem, siue in actu primo, & secundo humanitas, quæ Deitate in se accepta sanctificatur vtramque oppositionem habebit, eritque non solum consequenter, sed & antecedenter impeccabilis.*

2 Rem totam illustri exemplo ob oculos posuit nobis Origen. 2. Periar. c. 6. post med. dicens. *ferrum natura sua est capax caloris, & frigiditatis: si tamen semper intra fornacem ignis detineatur dici poterit incapax frigiditatis. Hoc ergo modo ita anima, quæ quasi ferrum in igne, sic semper in Deo posita est, omne quod agit &c. Deus est.* Paucis que inter allatis. *Ad omnes denique sanctos calor aliquis verbi Dei putandus est peruenisse: in hac autem anima ipse ignis diuinitus substantialiter reuoluisse putandus est. quid illustris? Hæc fortasse in eandem sententiam verba Nazæ in orat. 5. 1. Nazianzeni quemadmodum si totus aer igneus esset, vel potius ignis esset, & granum quoddam ferreum in eum coniceretur, necesse profecto esset hoc quoque eadem qualitate affici, quæ id, quod excedit, & superius est, & ita quidem, vt meo iudicio, nihil aliud, quam ignis esse videretur; tamen si essentia ratio integra ipsi, & in columbis esset: eodem modo humana natura diuine copulata vsque adeo superata est, vt hominis natura, nec manere quidem videretur, tamen si aliqui proprietatem suam retineret. Cuius sententia ea vis est. Ferrum natura sua frigidum, ignitum tamen, grandique igne circumdatum nequit frigidari ex parte antecedentis nisi à validiori contrario: atqui humanitas sanctitate Deitatis ignita est, tota, eaque sanctitas infinita est, & insuperabilis: ergo nequiuit adhuc ex parte antecedentis frige-*

feri peccato. Hæc ratio eadem est licet exemplo explicata, cum data num. 1. in hanc cogitationem testimonii hinc ductus incidit in Iesumortano secessu astate anni. 1632. dum phylolophis præficerem: quam, cum ibi scholasticis Theologicis nonnullis Complutensium Recentiorum discipulis familiaribus me hac super re consulentibus impertitus tunc essem Recentiores tribus post annis eandem, eisdemque, & rationis, & auctoritatis momentis è cathedra dictarunt. Forte casu in eam inciderunt licet eatenus alium Monæi modum defendissent: quia vero illi nobis Theologia lectura, & ingenio præbant testium oculatorem, qui eam anno, & astate illa in meis schedulis legerant, Symphas recepi, & adseruau: vt dum meam postea dicerem iactantia suspicionem omnem propularem.

3 **O**ppones licet posita vnione ante vsum libertatis in hoc instanti ad peccandum reddatur humanitas antecedenter impeccabilis: at potest poni, darique à Deo dependenter à negatione peccati, vt sæpe diximus, dum modos aliorum impugnarem, tuncque pro hoc instanti non impedit libertatem in actu primo ad peccandum: ergo posita vnione potest absolute humanitas esse peccabilis antecedenter pro hoc instanti, quo est vnita. Recentiores Complutenses minus sententiam hanc nostram penetrantes rotum admittunt, atque à Patrum sententia deficiunt: quia putant certum posse vnionem dari à Deo dependenter à negatione peccati pro eodem instanti, quo datur. Aiuntque tunc solum esse humanitatem Christi impeccabilem antecedenter pro instantibus sequentibus, quæ non satis coherent, vt videbimus. q. 3. de inamissibilitate vnionis per peccatum disputantes. Nos ergo negamus vnionem posse dari dependenter à negatione peccati pro eo instanti, quo datur. Ratio petenda est ex differentia duplicis impedimenti potentia liberæ in actu primo iuxta Anselmum de concordia præscientia, & prædestinationis: scilicet impediens impeditiuè, & impediens actiuè, seu influxiuè, quæ impediunt actiuè, seu influxiuè solum impediunt determinando actiuè potentiam ad alterum extremum, exigendoque à Deo concursum ad illud, quod non impedit, quominus ante illud prioritate naturæ expectet Deus, vt ponatur extremum illud, atque exercetur potentia liberæ. Impedimentum impediens solum impeditiuè non impedit determinando actiuè, seu influxiuè potentiam liberam in actu primo, sed sola sui assistentia potentia liberæ: quare implicat assistere ac non impedire eius libertatem in actu primo in illo instanti, in quo ei adest: vnde implicat esse libertatem pro vllo signo respectu eius, ad quod impedit, darique dependenter ab vtu libertatis illius. Sanctitas autem substantialis diuina, & Deitatis est ex hoc genere impedimentorum respectu peccati, ad quod potentiam in Deo non impediunt actiuitate, aut exigentia, sed assistentia sola identitatis, atque in humanitate assistentia sui ad illam per vnionem: quare implicat nunc esse, & non impedire: ac proinde, & dari dependenter à negatione peccati, & post vsum libertatis humanitatis in negatione ipsius.

4 **O**ppones: si humanitas præxisteret duratione ad sui vnionem ad verbum peccaretque in priori illa duratione, atque in posteriori assumeretur, tunc quidem donaretur dependenter à negatione peccati habitualis ante acti: quare vsum libertatis in eius ablatione sequeretur: ergo potest dari libertas in hoc instanti vnionis erga peccatum, siue ad conferuandum, vel non conferuandum peccatum. Respondeo conclusionem hac obiectione non tangi, quæ est de impossibilitate antecedenti ad peccandum: humanitatis, quæ ante peccatum assumpta à verbo fuit in casu vero, quo peccasset non retractatio peccati, quæ esset ex parte humanitatis destructio, & ablatio peccati peccatum non esset, nisi in aliqua circumstantia: vbi autem peccatum denuo foret vnio dependenter à retractatione dari minime posset pro eo instanti ob rationem datam, si autem vnio sit circumstantia obligans humanitatem ad retractationem, non erit obligatio ad liberam retractationem,

sed ad necessariam: cum supponere debeat pro priori naturæ ad obligationem vniõ ad qua oritur, quare, & ad non peccandum, seu retractandum cogit. Quomodo vniõ cum peccato habituali pugnet dicendum est. q. 4. si autem pugnet contradictorie certum est non posse dari dependentem à negatione peccati habitualis: cum priuatio non nisi per habitum cellatur, neque ablata intelligi possit nisi eius positione. Sed hæc omnia, nisi q. 4. citata, explicari prorsus nequeunt: satis nunc sit vbi peccatum nouum foret non retractari peccatum transactum humanitatis antecedenter, sed ab vniõne ad retractationem necessitari: vbi autem non foret, licet libera maneret; ac proinde posset dari vniõne dependentem ab vniõne libertatis circa retractationem, non autem ad peccandum, & non peccandum pro hoc instanti, in quo est vniõ id quod secus habet in opinione Monczi, quem simili argumento impugnabamus cert. 3. n. 1. in qua licet adfit obligatio retractandi tenet.

5 Secunda nostra impeccabilitatis antecedentis humanitatis Christi ratio est quam ex Capreolo, Palud. Soar. & aliis referabamus, alius tamen fundata in nostris principiis in eo enim nihil, quæ contra hosce dedimus, præstant. Etenim obligatio verbi impediendi peccata humanitatis vniõne non connectitur cum negatione peccati humanitatis ratione auxiliorum tantum, & consequenter, sed se ipsa connectitur, vel potius connectitur verbi impeccabilitatem cum negatione peccati humanitatis, & impotentia eius antecedenti ad peccandum: ne verbo impotentur si peccet, aut antecedenter, & in actu primo peccare verbum possit, si humanitas antecedenter adhuc peccare queat vnde extrinsecus obligatione, & impeccabilitate verbi vniõne humanitas Christi antecedenter impeditam habet libertatem ad peccandum, licet non nisi auxiliis datis quæ de se libertatem in actu primo non impediunt præcepta exequatur. Non secus æque præfinitione consensus voluntas auxiliis ad illum vel eius oppositum instructa antecedenter extrinsecè libera non est, vt latius controu. 2. de Incarnat. & controu. de voluntate, fusius adhuc ostendo.


6 Eum antecedentis impeccabilitatis modum ita explicatum dederunt nobis Athanas. & Cyril. recitati. q. 1. cert. 1. & luculentius Damascen. lib. *Quod ad imag. Dei facti sumus*, dicens, *non personam, sed humanitatem à verbo assumptam esse, ne natura humane voluntas que nature tribuitur, volitione, que hypostasis attingit (non physice vt ostendimus, sed moraliter, imputatiuè) à diuine voluntatis prescripto discederet, sed ei spontè paret in omnibus. Vbi notanter spontè, non autem liberè dixit. Maiori vt reor emphasi Athanas. vbi proximè ait: ipse enim Deus in se habens (humanitatem) natura humane vniuersa sustinuit non diuisa ad malitiam. Nempè à se Deo non diuisa ad malitiam, quem peccata humanitatis non ex propria, sed ex Dei vniõne personam operantis non tangere minimè possent. Nec refert quod ex Durando opponit Vasq. actiones nimirum impediendi peccata humanitatis commisesse esse Trinitati: quare obligationem ea vitandi verbi solius esse non posse, quasi actio, & obligatio impediendi idem sint; ac proinde nequeat esse obligatio vniõne personæ, & actio impediendi trium quia actiones ad extra indiuisas habent. Secundo, vt diximus verbum vniõnem se ipso non actione aliqua peccata humanitatis in actu primo impedit, quare in suppositione falsa peccat obiectio.*

7 Quod si adhuc videatur argumentum nostrum contra alios persistere posseque absolute dari impedimenta hæc nostra siue purè sui assistentia impediens, siue imputabilitatis verbo post vsum libertatis ad peccandum ostendam breui vniõnem hyposthaticam quæ secum vtrumque impedimentum deuoluit ita dari in nostris principiis nusquam posse. Cum enim iuxta dicta d. proem. q. 2. cert. 5. existentia humanitatis non sit nisi dependenter ab vniõne ad verbum simul tempore necessario habenda, neque aliter dari poterit, vt hyposthaticè Deo vniõnetur propriamque hyposthaticam

amigeret: cumque ex alia parte existentia humanitatis pro priori naturæ ad peccatum sicuti & ad quamvis aliam eius operationem requiratur, sit planè pro priori naturæ ad peccatum esse in humanitate determinationem ad vniõnem hyposthaticam, quæ omnium sententia, formaliter cum peccato repugnat: iam vero cum determinatione ad vnum ex extremis repugnantibus nequit esse potentia ad alterum (esset enim potentia ad coniungendum duplex contradictorium (neque indifferentia ad vtrumlibet, quæ contradicit determinationi antecedenti, & in actu primo ad alterum: quare in ipsa humanitatis existentia in actu primo ante omnem vsum libertatis circa peccatum, vel potius in decreto de existentia humanitatis dependenter ab vniõne ad verbum, quod ante ipsam existentiam naturæ præcedit est impotentia humanitatis ad peccandum, & determinatione ad vniõnem hyposthaticam, ad non peccandum: atque adeo vniõne hyposthaticæ dependenter ab vniõne libertatis ad peccandum dari minimè potest.

8 Sed adhuc contra vtramque hanc nostram rationem videtur argumentum, quo reliquos verabamus, persistere. Si enim detur vniõne humanitati post vsum libertatis eius ad peccandum: quomodo eam libertatem, impedit, siue vniõnis assistentia in instanti eodem, siue inde orta obligatio verbi, & imputabilitas peccati humanitatis verbo vniõne? Cum eam pro priori naturæ exercitâ supponat? Confirmatur ex nostra doctrina: quia eleuatio operum humanitatis vniõne per vniõnis assistentiam informatiuam humanitati operanti fit, & tamen si post vsum operum humanitatis, atque in eorum pro priori naturæ elicitorum præmium dari contingeret ea natura eleuaret, aut dignificaret: Ergo licet vniõne hyposthaticæ, & imputabilitas peccatorum humanitatis verbo vniõne, si forent, quæ inde confugit, impediatur, antecedenter potentiam humanitatis vniõne ad peccandum per solam sui assistentiam informatiuam humanitatis eidem; non impediatur si post vsum libertatis humanitatis ad peccandum, ac dependenter à negatione peccati, in instanti eodem donarentur.

9 Nihilominus duplex ille noster modus impeccabilitatis antecedentis humanitatis Christi, etiam de potentia absoluta etiam in nostris principiis persistit, licet in aliis stare minimè possit. Nequit enim in principiis nostris hyposthaticæ vniõne humanitatis ab vniõne libertatis eiusdem ad peccandum vllatenus præueniri siquidem humanitatis existentia, sine qua nulla eius potestas ad operandum esse potest, nequit ab vniõne libertatis, ad peccandum (quam, vel constituit, vel præsupponit) dependere. Cum autem in nostris principiis humanitatis existentia decreta à Deo fuerit dependenter ab vniõne hyposthaticæ necessario, & infallibiliter videtur illius pro eo instanti, & duratione qua humanitas existeret apponenda; quare, & ex priori naturæ ad vniõnem libertatis sit vniõne infallibiliter futura: atque ex alia parte vniõne hyposthaticæ omnium ferè sententia cum peccato saltem formaliter pugnet, sit planè, vt nequeat in humanitate esse potestas ad peccandum, alioqui esset simul potestas indifferens ad extrema opposita cum determinatione ineuitabili ad vnum ex illis: quod ipsam est potestatem chimericam ad coniungenda duo contradictoria fieri. Illud autem principium nostrum de existentia humanitatis Christi decreta dependenter ab vniõne hyposthaticæ pro eodem instanti necessitate futura monstratum abunde à nobis d. proem. de Trinit. q. 2. cert. 5. n. 4. & 5. atque in his sæpe repetitum.



QVÆSTIO III.

An unio hypostatica semel habita sit deinceps peccato inamissibilis.



Es hæc licet antecedenti humanitatis vnitate impeccabilitate valde sit affinis, est tamen ab illa diuersa, non eadem. Quare affinitate decepti perieram Recentiores Complutenes vtramque confuderunt quæstionem in terminis examinerunt Vasq. & Suarez primum, post modum vero reliqui. Loquimur autem de inamissibilitate adhuc diuinitus.

CERTAMEN I.

Vnionis inamissibilitas per peccatum ex Patribus fundatur, male vero à nonnullis ex ratione?

1 **C**onclusionem docent Vasquez supra. c. 7. Suar. sect. 2. versu sed ex hac conclusione. Moncaus. d. 9. c. 4. Granad. tract. 10. d. 2. num. 17. Lugo. d. 26. sect. 5. Vvadingo] subobscurius. d. 8. dub. 1. §. 2. Gaspar. Hurt. supra d. 43. diff. 2. Complutenes imo, & reliqui Recentiores: solus, quem viderim, Petrus Hurtado. d. 60. sect. 4. §. 33. nostræ conclusioni aduersatur. Verum non tam nobis, quam Patribus aduersatur. Cyril. Alex. de recta fide ad Theodost. 1. Concil. Ephes. c. 4. in noua editione sic habet: *Animam rursus humanam postquam illam propriam sibi reddidisset, suæ que naturæ firmitate, & immutabilitate perinde, ac vellus colore, imbutisset, peccato superiorem declararet etc.* & inferius. Posteaquam verbi omnia viuificantis caro effecta est, quod peccatum non nouit enestigio statum firmum, ac omnibus modis stabilem, peccatoque, quod olim tyrannidem exercebat multis partibus potentior nacta est. Et contra Antropomorphit. c. 23. post data verba. q. 2. cert. 1. si vero idcirco humanam naturam gessauit, ut eam, que ab Adam acceperat imbecillitatem, in se validam, ac peccato superiorem declararet: cur frustra id anxie inquirunt, quod inuenire non possunt. Achanaf. 1. de Incarnat. post init. Verbum in se reformauit, naturam Diabolo instigatam, neque ulterius eam fraudis diaboli, aut inuenti mortis susceptibilem reliquit. ac rursus. verbi tamen incarnatio secundum naturam Dei facta nostrorum vitiorum susceptibilis non fuit.

2 Eriphan. supra q. 2. Nunquid suspicabimur eum peccatis fuisse subiectum? Origen. post data primo verba. q. 2. cert. 4. immediatè ideo nec conuertibilis, nec mutabilis dici potest, que, natura, inconuertibilitatem ex verbi Dei vnitate indefinenter ignita possedit. August. denique 11. de corrept. & gratia. Neque enim metuentum erat, ne isto ineffabili modo in vnitatem persone à verbo Deo natura humanam suscepta per liberum voluntatis peccaret arbitrium; cum ipsa susceptio talis esset, ut natura hominis à Deo ita suscepta nullum in se motum mala voluntatis admitteret: Sin autem semel habita vnione natura peccare deinceps posset, sicque peccato vnionem abiiiceret, nec omnino firma, & stabilis, inconuertibilis, insuperabilis, ac superior peccato insuperabilis ulterius fraudis diaboli, & peccati, indefinenter ignita, ut patres loquuntur, sed potius conuertibilis ad peccatum, eoque superabilis, designentur ignita foret: imo metuentum contra Augustinum esset ne liberè in sequenti instanti peccaret. Censent ergo Patres semel posita vnione in primo instanti non posse in sequenti naturam

peccare, ita vt peccato vnionem amittat: quare semel habitam vnionem à natura esse deinceps peccato inamissibilem.

3 Sed vero vt in antecedenti impeccabilitate enenit, infirma, vt plurimum rationes à Doctoribus assignantur, dum quis ad suum modum antecedentis impeccabilitatis à nobis q. 2. impugnatum recurrit. Alij ad necessariam præcedentiam natura personalitatis, siue, vt comprincipij, siue vt conditionis necessariae, vt humanitas operetur, quæ respectu sequentium instantium temporis eadem est atque in primo, quos impugnatos ibi habes. Alij exigentiam vnionis, vt detur independenter à negatione operum, peccati: quod in conseruatione maiorem vim habere videtur. Etenim semel habita petit conseruari, & consequenter ne in instanti sequenti introducat peccatum. Sed tamen potest Deus semel, simulque decernere illam dare nunc, & in sequenti non conseruare, si peccet humanitas, seu non conseruare nisi dependenter à negatione peccati, sed in quo est licet petat durare in sequenti. Tertio petat, ac Deus non annuat illam conseruare prius, & peccatum postea illius titulo pellere, seu prius peccati euitionem, vt posterius natura ipsam conseruet. Quidam in eo contradictionis reperies: tunc autem poterit absolute peccato deperdi ex parte antecedentis, etsi humanitas peccet, vt potest, ex parte etiam consequentis vt patet.

4 Recurrit Vasq. cum suis ad exigentiam vnionis expressiorum cogitationum, quam habebit in secundo etiam instanti, nisi mero Dei arbitratu supponatur priori naturæ destructa: quo in casu libera erit ad peccandum, & non peccandum, sed negatio peccati tunc regredi nequit, vt præcedat destructionem peccati, quam supposuit. Cæterum expressiori cogitatione non auferri libertatem, ad peccandum ostendimus. Secundo: exigentia expressioris cogitationis est, vel ad status decentiam, vel aliud quoduis ab vnione pro duratione illa in qua existit non pro sequenti, in qua nondum existit, imo neque est exitura fortassis. Est enim exigentia, vt decenter existat existentiamque exigentis supponit, sicut reliquæ omnes exigentiæ actiua, & dispositiua, licet ob existentiam contrarij non semper in illo eodem instanti donec, sed sequenti. Denique admittatur totum: ei tamen exigentiæ expressioris cogitationis poterit Deus non annuere, atque expressiorem illam cogitationem ad non peccandum humanitati nunc vnitate pro instanti sequenti denegare: quo in casu, & poterit vnio semel habita peccato in sequenti instanti deperdi.

CERTAMEN II.

Recentiores Complutenes irritò hac in re, & inconsequenter laborant.

1 **A**lebant isti vnionem natura sua permanentem, virtualiter perseverare in sequenti instanti quousque formaliter exclusa intelligatur. Quocirca nisi mero Dei arbitrio ex parte actus primi exclusa formaliter supponatur, non erit libertas ad peccatum, quo pro posteriori expellatur, cum antecedentem peccabilitatem impediatur, vt dicebatur q. 2. cert. 1. n. 1. si autem mero Dei arbitrio ex parte actus primi potentia ad peccandum supponatur formaliter exclusa, quidnam ager peccatum ad eius exclusionem? ergo nequit vnio semel habita peccato pro sequenti instanti, ac duratione perire. Verum doctrina hæc superfluo continet exigentiam perdurandi vi vnionis semel habitæ. Si enim necessariam impedimentum antecedens est sine illa exigentia amitti in sequenti duratione per peccatum non potest, vt cert. 3. ostendimus. Deinde est doctrina insufficientis, atque cum principiis Recentiorum pugnat. Hoc extremum probo. Hæc est bona consequentia in

tua doctrina, & irrefragabilis vnio potest dari dependenter à meritis in hoc instanti: ergo potest dari dependenter à libera negatione peccati in hoc instanti. Ex hac autem est inuitabilis consequentia alia: ergo potest non esse si adsit peccatum in hoc instanti: atqui per te vnio potest conseruari in secundo instanti dependenter à meritis: ergo, & conseruari dependenter à negatione peccati, & peccato perire absolutè. Dices conclusionem intelligi de negatione peccati admissi in secundo instanti quo vnio perit demus id. Potest perire consequenter ad tua principia dependenter à negatione peccati admissi in primo instanti: ergo, & in secundo. Probo, magis debet impedire peccatum in actu primo existentia realis formalis vnionis, quam existentia solum virtualis eiusdem vnionis in secundo ratione exigentia huius realis formalis existentia: atqui non impedit, iuxta tua principia, realis formalis existentia vnionis peccatum in actu primo pro instanti primo: ergo neque impedit pro instanti secundo. Rursus per te vnio secundi instantis potest supponi prioritate nature ad vnionem instantis primi: cum vnio pro primo possit per te cadere sub meritum operum secundi instantis dignificatorum gratia vnionis, & sic de sequentibus: tunc autem vnio secundi instantis non perdurabit ob existentiam vnionis in primo cum vnionis existentia, quare, & exigentia posterior esset vnione pro secundo, & sic de sequentibus, si in illis efformetur argumentum: ergo ab exigentia non proueniet durare virtualiter vnionem in secundo instanti.

2 Sed in consequentiis missis veniamus ad doctrinam insufficientiam. Existentia realis formalis vnionis non impedit per te absolutè prorsus libertatem humanitatis in actu primo ad peccandum, si detur ut posse ais, dependenter à negatione peccati, pro eo instanti in quo datur, ut vidimus q. 2. cert. 4. num. 3. ergo minus impedit existentia vnionis solum virtualis. Contra secundo existentia illa virtualis solum est exigentia prædeterminationis formalis in secundo instanti, quæ in vnione est: ergo non est existentia prædeterminationis formalis: atqui sola prædeterminatio formalis pugnat cū libertate formali in actu primo: ergo existentia virtualis vnionis in actu primo non impedit libertatem in actu primo ad peccandum. Tertio quia, licet existentia illa virtualis, seu exigentia, ut daret vnio in secundo instanti, sit independens à negatione peccati in secundo instanti, aut non est, ut daret vnio independenter à negatione peccati ergo non fiet contra existentiam illam, seu existentiam virtualem vnionis, si non ob illam solum, sed ob negationem peccati in secundo instanti decernatur à Deo vnionis per duratio pro secundo instanti: ergo existentia illa virtualis vnionis in secundo instanti non pugnat, neque impedit libertatem humanitatis in actu primo ad peccandum in secundo instanti. Vnde rursus peccato poterit perire vnio, si in eo admittendo humanitas in secundo instanti libertatem suam exerceat, ut antecedenter potest: tunc que ob peccati existentiam exigentia vnionis pro primo instanti, ut daret pro secundo fortius reclamanti connaturali fere prouidentia vnio peribit: cum in expectanda negatione peccati, ut decernatur eius duratio contra existentiam fere non fiat, inde neganda vero posito peccato fortiori existentia attendatur.

3 Contra quarto quia è sola exigentia perdurandi intrinseca vnioni non est virtualiter absolutè vnio pro secundo instanti, sed conditionatè solum si Deus annuat: in se enim quoduis creatum subditur iuri, & dominio supremo Dei erga creatura: ergo si Deus comprimam vnionem dat, vel immediatè visa exigentia perdurandi decernat, ut perduret si non peccet non existit virtualiter absolutè, sed solum conditionatè, scilicet sub conditione negationis peccati, qua absoluta illa exigentia temperatur: quare licet si Deus annueret absolutè esset virtualiter vnio pro signo, & actu primo, sicque eius impeditur libertatem ad peccandum: cum solum conditionatè annuit sub conditione nimirum negationis peccati, ne virtualiter quidem absolutè est

ante vsum libertatis ad peccandum, vel non peccandum. Dices eo ipso, quod decernitur perduratio dependenter à negatione peccati decernitur destructio si peccatum ergo non attenditur exigentia ad conseruationem. Respondetur ita fieri à Deo posse, quod est impugnantia alia, qua probatur de potentia absoluta vterius conclusio. Sed tamen non inferitur consequentia ex antecedenti: nam licet postea peccato destrueretur ex vi eius decreti vnio non attendatur, sed posthabita ad eius destructionem exigentia perdurandi: At vero ad conseruationem posita negatione peccati, non hæc solum, sed et exigentia perdurandi attenditur: vnumquodque tamen quæ partialis conseruationis eius motuum.

CERTAMEN III.

Solidiores ex nostris principis probationes.

1 Ex dictis q. 2. cert. 1. num. 1. & cert. 4. num. 2. probatio inamissibilitatis per peccatum semel habitæ vnionis proclius est. Etenim impedimentum pure impediens libertatem in actu primo debet ex parte actus primi potentie libere supponi exclusus, ut seruetur libertas in quavis duratione: atqui vnio hypothetica est impedimentum pure impediens libertatem in actu primo ad peccandum: ergo debet supponi exclusus ex parte actus primi ante vsum liberum peccati quavis duratione: ergo in nulla duratione potest perire ob peccatum admissum. Probo consequentiam: cum maior, & minor probata sunt locis citatis. Id quod pro priori nature ad vsum libertatis supponitur absolutè exclusum necessario, nequit per vsum libertatis eiusdem absolutè excludi quin mutuo vtrumque, & à libertate ipso dependeat, implicatoriè: sed negatio vnionis supponitur exclusa ante vsum libertatis ad peccatum in duratione quavis: ergo in nulla duratione potest perire ob admissum peccatum vnio, seu autem, & amitti per peccatum duplici ergo ratione, quia in primo instanti probabimus non posse in primo instanti dependenter à negatione peccati existere, peccatoque impediri ne sit, pro secundo, & sequentibus instantibus non posse peccato amitti, ac destrui suadetur quia nimirum est sanctitate substantiali Deitatis antecedenter etiam pugnantem cum peccato, & verbi antecedenter omnino impeccabilis obligatione impediendi peccatum humanitatis, sola sui assentia per vnionem ad humanitatem impeditur pure impediendè potentia eius alia libera ad peccatum: quare ex parte actus primi in secundo, & sequentibus instantibus debet eius negatio præsupponi, ut sit inhumanitate ad peccandum potestas: quare, & eius destructio pro solo arbitrio Dei, independenter à peccato, quod ex parte actus primi potentie liberæ ad peccandum esse nequit.

2 Sed dices hoc discursu non fieri, quod ex præexistentia vnionis in primo instanti non possit destrui peccato, seu ex eo, quod semel sit non possit deinceps per peccatum amitti. Eodem enim modo non potest non existere per peccati appositionem in secundo instanti, etsi non præexistisset vnio in primo: ac promittit quod nunc est secundum instanti existentia vnionis esset primum existentia ipsius. Etenim æquè tunc, ac nunc vnio impediret in actu primo potentiam ad peccandum in hoc instanti quod modo est secundum instanti, que tunc primum, ut discursus noster docet: quare præexistentia materialiter solum se habet iuxta hanc conditionem, quominus destrui nequeat per peccatum vnio semel existens. Si autem sententia, germanusque verum sensus tenendus sit præexistentia vnionis semel habitæ formaliter se habere debet, ut vterius sit inamissibilis per peccatum. Ex eo enim quod semel vnio fuerit habitata manitas verbo, ac Deo, aiunt Patres firmum illam habitum contra peccatum esse assequutam, stabiliemque esse in bono, quod deestabilitate in eo instanti, quo existit vnita intelligendum non est, cum gratia semel habitata

habita pro eo instanti, quo habetur animum obfirmet in bono, atque ita contra peccatum stabilis, ut pro eo nequeat peccato succumbere: ergo firmas illa specialis in bono, quam vnio tribuit humanitati. & adeo extollunt Patres ex eo, quod semel habeatur debet esse pro instantibus, & durationibus sequentibus: quare ex præ-existentia in primo volunt provenire etiam in secundo instanti, quod per peccatum nequeat depelli, sique inamissibilis per illud.

3 Respondeo primo solum velle Patres assignare differentiam, qua nos per gratiam contra peccatum roboramur, & qua Christus firmatur contra peccatum per vnionem: cum enim gratia solum stabiliamur nos contra peccatum per formalem impossibilitatem illius cum ipso, quin impediatur potestas nostra peccandi in actu primo, sit, ut in sequenti instanti, in quo gratia non dum existit perseverans conuerti ad malum possimus peccatoque admissio gratiam deperdere, ut, pro miseris mortales, quotidie experimur. Cum autem gratia vnionis Christi humanitas non solum consequenter, & ex actu primo potentia ad peccandum, quæ vnione aboletur, aduersus peccatum pro sequenti duratione, in qua eandem oppositionem habebit, eodemque modo potestatem peccandi abolebit peccato perire non poterit, ut ostendimus ex eorundem Patrum principio de antecedenti humanitatis vnitæ impeccabilitate. Itaque illi ex vnione verbi ad humanitatem duo, sicut nos ab eis edocti, gloriosa humanitati Christi deduxerunt, sed non ex diuersis duobusque, sed ex vnico principio, quia alterum ex illis, alterius confectarium est, nempe, & antecedentem Christi impeccabilitatem, & vnionis inamissibilitatem per peccatum, & hanc quidem reor mentem esse Patrum genuinam.

4 Ut autem difficilius genij, aut ingenij lectores quiescant admittamus mentem Patrum esse, ut ex præ-existentia vnionis formaliter proveniat eius inamissibilitas deinceps per peccatum, nec solum ex antecedenti impeccabilitate humanitatis pro instanti, quo verbo Deo existit vnita, ut autem hoc etiam sensu vnionis semel habitæ inamissibilitatem per peccatum defendas nota morales obligationes, (cuiusmodi est obligatio verbi ad vitanda, & impedienda peccata humanitatis sibi vnitæ, ut diximus) licet è physica fundamentorum existentia orientur, primoque existant, tamen, ut perdurent, ac conferuentur opus non habere, ut earum fundamenta tunc etiam physice existant quandiu obligationes illæ perseverant, sed satis esse, quod ea fundamenta retractata sufficienter, ut moraliter destruantur, non sint, ut patet in obligatione matrimonij, contractu promissionis, imò, & morali malitia, & reatu peccati transacti non satis retractatis. Ex quo sic probo conclusionem in sensu dicto. Moralit obligatio non solum durat quandiu existit physice fundamentum, sed quandiu fundamentum moraliter destructum per sufficientem retractionem non est: ergo moralis obligatio impediendi, ac vitandi peccata humanitatis nunc vnitæ duravit pro omni signo instantium sequentium quousque absolute deservita sit. Ergo, nisi pro signo libertatis in actu primo ad peccandum, ac proinde independentem à peccato destruat vnio à Deo, perseverabit in actu primo obligatio verbi, atque imputabilitas antecedens peccati humanitati verbo, quæ pugnat cum antecedenti verbi impeccabilitate, quæ stare debet, & cum libertate in actu primo humanitatis ad peccandum, quæ ea obligatione, & antecedenti verbi omnimoda impeccabilitate aboletur, ut diximus: ergo ea vnio semel habitæ ex eo, quod semel habitæ ab humanitate sit, formaliter est deinceps inamissibilis per peccatum.

5 Satis hæc conclusio nostræ veritatem ex verbi vniti obligatione expeditur. Cæterum, cum inde, tum ex ipsius vnionis hyposthatice, vi, & natura facilius eadem veritas ostenditur ex dictis. q. 2. cert. 4. n. 6. cum enim existentia humanitatis hyposthatice vnitæ in secundo, tertio, ac reliquis conseruationis suæ instantibus, æque, atque in primo productionis

suæ, non nisi dependenter ab vnione hyposthatice simul tempore apponenda fuerit decreta, ipsa existentia humanitatis necessario ad vsum libertatis ad peccatum, quo amittenda esset, præsupposito, imo in secreto, ipso de eiusmodi existentia fiat antecedens omnem vsum libertatis ad peccandum determinatio ad vnionem, peccato formaliter repugnantem, pro conseruationis eiusdem instanti eodem: quare, & peccandi pro eo instanti impossibilitas antecedens: qua semel habitæ vnio pro instantibus sequentibus, redditur absolute inamissibilis per peccatum, ut nostra conclusio ferebat.



Q V Æ S T I O I V.

Pugnetne vnio cum peccato originali habituali. & reatu humanitatis, quæ vnioni præexistitisset.



GIMVS hætenus de pugna, atque impossibilitate siue in actu primo, & antecedenti, siue consequenti, & in actu secundo vnionis habitæ ab humanitate cum peccato ab ipsa admittendo. Nunc autem de eius pugna cum admissio ab humanitate, quæ sui vnioni in propria persona prædurasset, posteaque assumeretur disputandum est. Id quod factum esse possibile cum citandis omnibus suppono: nulla enim in assumptione humanitatis habitualiter ex peccato ante actum peccatricis inferitur contradictio. Vel enim vnio, & peccatum habituale pugnant contradictorie, vel non pugnant: si pugnant aduentu vnionis periret: si non pugnant contradictorie, & si cum vnione perseveraret contradictio non esset: quod ipsum de peccato originali eiusdem nature vnioni præexistentis dictum puta. De reatu vero nil apparet, quo illius nature vnio possit impediri.

C E R T A M E N I.

Pugnat contradictorie vnio cum vtroque peccato: sed non ob aliquorum rationes.

1 O ppositum dicent Scotistæ, qui vnionis cum peccato actuali pugnam negant contradictoriam, & ij fortasse, qui gratiam solum cum peccato habituali cõ-possibilem aiunt, nisi Dei accedat condonatio, ut Soar. & Lugo: illi etiam, qui ante actum peccati maculam non elui quousque ad sit actualis retractatio libera peccatoris, à quibus non admodum eram alienus. Inde enim ad gratiæ vnionis videtur consequentia proclius. Verum conclusionem nostram docent de habituali peccato, idem de originali dicturi, Soar. d. 3. 4. sect. 2. §. Dico ergo secundo. Vvadingo. d. 8. dub. 2. Bernal. d. 43. sect. 1. supponiturque in doctrina Vasquezij, & Ludouici Torres referenda cert. 2. quibus assentior: rationibus autem non item. Prima sit Bernalis §. 3. n. 17. pro pugna cõ actuali efformata, atque ad pugnam vnionis cum habituali extensa quia, si cum gratia vnionis habituale, aut originale perseveret à Deo feruaretur peccatum humanitatis, ut à causa speciali, quod repugnat. Etenim ut contrarium in præsentia contrarij periret maiori concursu opus est: ergo, ut conseruetur alterutrum peccatum in præsentia vnionis hyposthatice maiori, quam in eius absentia concursu opus habebit. Atqui hic concursus maior non præstabitur ab humanitate, quæ nihil circa habituale, vel originale denuo operatura est, ut

R e r seruentur :

R. P. Christoph. de Ortega de Dei incarnat.

ferentur: ergo concursus ille maior ad habituales, vel originalis conseruationem in praesentia vnionis necessarius à Deo praestaretur.

2 Magna hic conatu totus est Lugo in negando rationis assumpto: admissioque antecedenti primo probationis, ait, non necessario maiorem concursum praestandum in conseruatione peccati, sed in productione vnionis in contrarij peccati praesentia, quae non minus impedit vnionis in humanitate productionem, quam vnio producta peccati conseruationem: si autem maior concursus à Deo in producenda vnione praestetur, à Deo, vnde non est potest, causa specialis conseruationis peccati non erit. Verum admissio antecedenti illo, & vnio, & peccatum non nisi maiori concursu poterunt existere: quare, & argumentum Bernalis vrgeret: licet eo admissio peccauerit vterque: quia alter maiorem concursum ad peccati conseruationem tantum, alter vero ad vnionis tantum productionem requirat. Sed adhuc peccatum grauius vterque: licet venia digni, quia cum omnibus, qui ante nostram controuersiam de resistentia, & impugnatione formalis, & actiua scripserunt. Etenim cum viderent in praesentia contrarij agentis plus virtutis in agente opposito ad effectum edendum requiri, idem de praesentia contrarij formalis putabant, idemque etiam de concursu, vt maior in cuiusvis contrarij siue formalis, siue actiui praesentia ad effectus productionem requiratur. Cum tamen longe alia ratio sit de maiori actiuitate, atque de maiori concursu in contrarij praesentia. Etenim contraria agentia se mutuo impugnant, sibi que in actu primo resistunt exigendo actiuitate sua, quae exactiua etiam est concursus à Deo ad suum quodque effectum cum alterius effectu pugnantem formaliter: vtriusque autem actiuitatis arbitrat Deus si legibus naturae, quam suo supremo dominio stare velit, collata vtriusque actiuitatis exigentia fortiori ad ampliorem effectum concursum praebet, minus vero forti ad minorem, eodemque modo respectu resistentiae formalis contrariarum formarum, quae exigentia intrinseca perdurandi resistunt solum, se gerit, non tamen maiori concursu omnipotentia sua seruat effectum in praesentia contrarij, quam illum primo produxerat, cum contrarium aberat: pugna enim contrarij est, vt antiquo concursu Deus abscedat, atque resistentiam effectus, vt in illo persistat: quandoquidem vt in se existat effectus concursus antiqui permanentia, etiam in contrarij praesentia satis habet: quare naturaliter nequit concursum excipere maiorem: cum hic, saltem naturaliter effectus indigentiam nequeat excedere, imo in Valsquij, & aliorum sententia adhuc supernaturali: quin implicat concursum antiquum in praesentia contrarij seruari, termino pereunte, sine quo actio esse, nec diuinitus potest: falso ergo Lugo, & Bernali admittunt in praesentia contrarij effectum eundem maiori concursu opus habere.

3 Sed inde argui potest conseruationem antea peccati habitualis, & originalis humanitatis assumptae Deo esse triuendum, vt speciali illius conseruatore. Etenim vnio hypothetica vbi primum est exiget, ne peccatum, saltem naturaliter impossibile, existat in humanitate: ergo Deus tenetur illud non conseruare, seu destruere in eo instanti, quo ponitur vnio, si ex legibus naturae, & causae vniuersalis se gerat: ergo si illud seruet, ac non destruat, vt specialis illius peccati causa, & conseruator se gerat: ergo vt speciali peccati conseruatore habituale, & originale tribuerentur Deo, ni posita vnione non conseruet illa, vel destruat. Simili argumento vidi cuiusdam religionis Magistros ex nostro Lugo essentiam peccati habitualis negatione condonationis Dei constituentes à Deo in publicis thesibus turbatos, vt metu delationis ad inquisitionis tribunal, ni adessent opinionem è Cathedra, vt ab alijs exposcebatur, illico retractassent. Respondeo facile peccatum habituale sicut à Deo non ponitur, ita nec seruari ipsius concursu, sed sola non retractione humana, ad quam Deus, qui non commisit, admittit vè

non tenetur, sed homo: quare penes humanitatem vnionis solum esset peccati conseruatio quoad illud non retractaret. Neque iure vnionis tenetur Deus auxilia efficaciter humanitati conferre, vt retractet. Licet enim iure vnionis titulus adsit, vt humanitati auxilia eiusmodi, sicut, & alia plura donarentur, non est autem titulus Deum absolute obligans, & cogens, seu coacte exigens, sed precarius solum, cui sine vlla indecentia renuere potest Deus: sicut in pluribus humanitati Christi donandis diu Deus non annuit, nedum humanitati peccatrici antea, in qua titulus ea omnia denegandi aderat iustissimus, si grauius deliquisset, sufficiensque, si solum venialiter peccasset: cum ergo concursum subtrahere, auxiliare ad retractionem, cuius negatione seruabatur peccatum non tenetur Deus: quomodo specialis conseruator habitualis, vel originalis haberetur? sed etsi condonatione Dei auferri haberetur peccatum, & originale posset, non tenetur Deus illud apponere: quare non apponens illud non conseruat, et, quae ipsi non condonanti peccati eiusmodi perditionem esset tribuenda. Nullus quippe cuiusvis generis creatura tenetur debitum condonare: alioqui post primum commisionis, & debiti instans, & peccatum, & debitum fore necessarium abolendum: quod est erroneum in debito, & offensa peccati, in alijs debitis paradoxa ridicula.

4 Sed ecce iniquis in permanentia peccati habitualis, & originalis cum vnione contradictiones plures. Primum enim esset humanitas ob peccatum eiusmodi digna carere omni dono, & beneficio Dei, quouisque malo quod à Deo posset infligi: ob vnionem vero digna carendi omni eo malo, & habendi omnia Dei dona, & beneficia. Dignitas esset quae aeternum puniretur poena, & damni, & sententiae, & quae non ita puniretur, sed aeterno Deo frueretur iucundè. Tertio: esset obiectum eadem humanitas odij, & amoris Dei, absolute amica Dei, & inimica absolute foret: cui repugnantiae Soar, & Vvadingo in primis standunt. Ad primam repugnantiam, & secundam dicent aduersarij nullas esse sunt enim tituli positiui oppositi: opposita autè positiua coniungi in eodemque esse, à quo ratione diuersorum habentur, contradictionem non habet. Ad tertiam negantur similiter contradictionem contineri quod absolute odio, & amore Deus illam prosequatur humanitatem, sitque ipsa amica Dei, & inimica sumpta inimicitia pro positiua, quod dicit, non autem pro absolute negatione amicitiae: altero enim vnionis titulo diligetur, altero haberetur odio: vel dicent secundo absolute odio solum habendam à Deo, nec amicam fore. Licet enim Deitas sanctificare subiectum apta sit, atque amicitiae Dei obiectum constituat, supponitur autem ex parte subiecti capacitas, ad eum effectum: vnde de bruto vnitus Deus illud non sanctificaret. Cum ergo humanitas habeat peccatum, quod totam maculat, inficitque humanitatem, ac diuini odij obiectum reddit per accidens habet in capacitate sanctitatis, siue habet capacitatem impediri, vt sanctificetur, quam bruta per se habent: sic etiam, licet gratia habitualis filiam adoptiuam Dei humanitatem conseruet, ne tamen id praestet, filiatione naturali Dei in Christi humanitate ex parte subiecti impeditur.

CERTAMEN II.

Firmius probatur vnionis cum peccato habitualis repugnantia, atque originali, ac de oppositione cum reatu statuatur.

1 EX dictis haecenus constat quanto iure Soar, dicitur esse oppositionem, ac repugnantiam vnionis cum peccato habituali (quod ipsum de originali est) natura praexistens suae vnioni non à Deo, atque cum peccato actuali explorata esse. Ea tamè ratione firmius fuerit iudico ratione, quae attigit Molin. l. p. q. 14. a. 3. d. 8. Valent. 3. p. q. 15. pun. 2. ex quibus, & Moncaus. d. 9. c. 2. vnde dicit Bern. §. 3. à n. 26. ea vero in horum principis non admittit est firma eo quippe ininitur principio: quod ad aduersos suppositorum physice sint siue, vt à principio influentes, vel

vel se tenente ex parte principij actiui earum; quod satis sæpè reiecit, atque in Thomistarum ratione, q. 1. cert. 1. estque ad rem præsentem inutile: cum in peccatum habituale ex ante actio naturæ prædurantis ad vniõnem cum supposito diuino nihil suppositum diuinum agendum habeat, vt habituale, vel originale perdurent. Solum ergo diceretur peccator denominatiuè Deus, aut verbum per denominationem, aut idiomatum communicationem, in quo nulla apparet maior repugnantia, quam in eo quod dicitur mortuus, vt contra Thomistas q. illa. 1. cert. 1. dicebamus. Adde quod si vniõ illius naturæ, facta ad naturam diuinam esset, vt posse fieri ostendebamus contron. 1. d. 2. pugna eius vniõnis cum peccato habituali, vel originali humanitatis ea ratione non probabatur.

2. Neque firmior est ratio in Bernalis principiis. Ait etenim vniõnem esse productionem humanitatis vnitæ pendentem, vt quo, à supposito diuino, à quo media ipsa, vt quod, humanitas penderet tanquam à particulari sustentante, quod cum illa loco proprii suppositi vnum suppositum constitueret, eamque, eiusque accidentia, & actiones etiam peccatum æquè, ac suppositum propriu sustentaret, quod est absurdum, diuinoque supposito repugnans. Sed principium illud de vniõne, quæ sit humanitatis productio, refellebamus satis. d. proœm. q. 3. cert. 5. Secundo suscitare naturam peccatricem habitualiter, imo, & actualiter non est peccare physicè, sed solum denominatiuè, & remorè sustentare peccatum imo actiue sustentare naturam peccatricem productione, & conferuatione, vt causam particularè, ac proinde remorè peccatorum ipsius, quatenus producit peccatorem Deo indecens non est, vt patet in demonis productione, quæ à Deo, vt causa particulari fuit. Quod autem vnum per se cum humanitate constituat suppositum diuinum solum euineat per idiomatum communicationem dicendum esse peccatorem quod Bernal. ipse s. 2. absurdum non reputat. Ac tandem, vt dicebamus, si vniõ ad Deitatem esset totus discursus euanesceret.

3. Solum ergo in principiis nostris vim habet ratio illa, quæ præfati Doctores artigerunt. Cum enim vi vniõnis humanitatis actiones, & omissiones penes personam diuinam moraliter sint, atque inde non solum supposito diuino suppositetur, sed, & illo, quæ personalitas formaliter est, personaretur humanitas vnitæ, vt dicebamus. d. proœm. q. 2. fit, vt nihil fiat, ac vnitæ humanitas illa esset retractaret efficaciter, (si id opus sit, vt aboleretur habituale) ante actum peccatum, ea non retractatio humanitatis verbo Deo speciali causæ imputaretur: quemadmodum de peccato actuali post vniõnem admisso dicebamus. q. 2. cer. vlt. quod ipsum argumentum eodè modo probat de vniõne ad Deitatem penes quæ ius, & obligatio est regendi humanitatè vnitam, neque ipsa sui iuris omnino est, ac proinde negatio efficacis retractationis ipsi etiã imputaretur, quare, & cõseruatio peccati habitualis, & originalis etiam, si hoc voluntarietatem posterorū in Adamo includat, propriaque cuiusque aduli retractatione opus habeat quod si opus condonatione Dei etiã habeat habituale, atque originale, vt destruat, nisi eam Deus vnitæ humanitati statim faciat specialis conferuationis peccati causa erit. Est enim non vnitæ humanitati cõdonare nõ tenetur peccatū, sicut, & nec creditor debiti extraneo remittere, aut humanitati iã propriæ condonare teneretur ne nimis durus, dirisiveque Deus sit.

4. At inquis: in non retractando peccato nulla est culpa humanitatis vnitæ: ergo nec verbi, aut Dei, qui eã regere tenetur: solum enim inde imputabitur ad culpam omisso, aut commissio culpabilis humanitati nego consequentiam. Nam ex ea obligatione omnes humanitatis actiones Dei, vt causæ specialis, moraliter sunt: quare, & peccati conferuatio per negationem retractationis quæ licet humanitati vitiosa non sit, aut Deo est indecens, & impossibilis: quemadmodum plura quæ pupillo non imputantur, nec dedecent, si à tutore, vel procuratore fieri permittantur, vel sinantur omitti Tutorem dedecent. Hæc ratio vniuersim in quavis opinione de oppositione, ac repugnantia gratiæ cum peccato non se sola, sed simul cum retractatione, vel condonatione Dei: locum habet si autem se sola gratia cum peccato repugnet contradictoriè, siue physicè, vt vult Vasq. cum pluribus, siue moraliter, vt vult Ioan. Martinez de Ripalda cum aliis. Cum per vniõnem humanitas illa Deificaretur, sanctificareturque infirmè, vt d. 4. q. 1. & 4. ostendebamus, longèque amplius imo infinites, quam gratia habituali, fit plane, vt cū vniõne neque originale, neque habituale, adhuc veniale queat, etiã supernaturali potentia, vltatenus cõsistere: cū contradictoriõrum pugna nec diuinitus possit ad amicitia concordiam cicurari.


5. Circa poenæ reatum Vasq. d. 6. t. c. 6. Luis. Torres. opusc. 6. de gratia d. 10. dub. 11. censent necessario abolendum per vniõnem: quia per illam humanitas digna per vniõnem esset videndi, fruendique Deo, omnique bono, & carendi omni malo: per reatum vero digna esset non videndi, fruendique Deo: quæ, etiam pro vnico instanti cõtradicitur. Sed cõtradictio hæc in terminis dignitatis, non in ipsis posituius dignitatibus est, vt dicebam cert. 1. quare termini coniungi nunquam poterunt, secus dignitates. Dices vniõne beata aboleretur reatus, & actus charitatis perfectissimo: ergo melius vniõne. Respondet Bernal. antecedens esse verum nõ ex rei natura, sed ex lege Dei: quare ex natura rei non inferri abolendum reatum per vniõnem, assumptū mihi de abolitione reatus per vniõnem est certū: de actu charitatis falsum: quia actus charitatis natura sua satisfactorius est. Sed neque hinc inferitur abolendum reatum per vniõnem: cum vniõ satisfactorium quid natura sua non sit. Soar. d. 3. lect. 2. s. antepen. Bernal. d. 43. lect. 3. n. 6. 4. censent manurum reatum non autè æternæ poenæ, qui in nullo re manet iusto, sed pro vnico instanti: quia in primo actu primi instantis ab humanitate vnitæ satisfieret. Sed aliud est deberi poenam pro vnico instanti, aliud vnico instanti, & actu satisfieri, potest enim vnico actu huius instantis, satisfieri pro poena debita pro pluribus annis. Secundo hic solum queritur, quid possit reatus vi vniõnis permanere, non vero, vt actus satisfactorius humanitatis coniungitur: hoc enim pacto nullus remanebit reatus in primo vniõnis instanti, in quo honestum, & satisfactorium actum humanitas dubio procul eliceret.

6. Censet ergo totum reatum demerito peccati ante acti permanere ex natura rei cum vniõne posse in humanitate, quæ antea peccasset, non autem reatum poenæ æternæ si lethaliter peccasset. Hæc videtur pugnare secū nec solum cum Doctõribus citatis. Sed certè magis illi secum in repugnantia vniõnis cum reatu æternæ pugnare videntur. Etenim cum indemerito, seu merito, & dignitate valorosa intrinsecè peccati ad poenam, dignitatem ad poenam æternam recognoscant, poenæque toti delicto debite manere obnoxium delinquentem ex natura rei non implicet culpa abolita quoties actu proprio satisfactorio delinquentis non aboletur, nec sit à creditore, vel iudice supremo poenæ remissio, fit planè, vt qui sine actu proprio, & satisfactorio per gratiæ infusionem, vel vniõnem hyposthaticam iustificaretur ex natura rei cum reatu æternæ poenæ possit persistere: nisi spontè Deus aliter statuisset: nempe iustificatis æternitatem poenæ generali, vel speciali lege remittit: in nostris autem principiis, cum æternitas poenæ non valori, aut dignitati meritoque mortalis peccati debeatur, sed dignitati formali inimicitia Dei, quæ cum malitia, & macula mortalis, vt mortale est, identificatur, implicat mortali abolito per gratiam habitualem, vel per vniõnem manere eam dignitatem, siue reatum ad poenam æternam. Licet manere possit dignitas meritoria, siue reatus totus valorosus mortalis, qui ad poenam temporalem solum est.

7. Obicit Soar. vniõ in eo casu non pugnaret cum reatu poenæ: ergo nec est habitu vitioso, quod habuisset, si pluries antequam vniõretur humanitas peccasset. Negat ille consequentiam eis tamen rationibus, quæ me primum ad admittendam, cum aliis ignominatis, quos citat, consequentiam impellebant. Solum enim ostendit congruentias, vt habitus vitiosus posita vniõne ab humanitate depellerentur, non autem, vllam, ni ita fieret.

Rrr 2

feret, repugnantiam. Quare aliunde neganda est consequentia, atque assignanda repugnantia habitus enim (sive qualitas distincta ab speciebus, sit, sive species viuiores ex actibus relicta, atque asseruata, vt verius esse docuimus controu. de anima d. de habitibus) nihil aliud sunt, quam physica quædam facultates inclinantes naturam, sive voluntatem ad actus vitiosos: atqui hæc inclinatio, & promptitudo, sive facultas nequit stare in voluntate humanitatis vnice ad actus vitiosos: ergo cum vnione sunt habitus vitiosi impossibiles. Minor probatur: quia, vt dicebamus q. 2. & 3. posita vnione, ponitur in humanitate impotentia antecedens ad peccandum pro eo instanti quo est, & pro sequentibus, nisi pro priori naturæ adhuc pro sequentibus vnio supponatur destructa: ac cum impotentia ad actus vitiosos repugnat potentia facilis ad illos: ergo, & habitus: quod si contendas physicam habitus entitatem perseveranturam, perseverabit non formaliter, vt habitus, sed materialiter, solumque cadauer: vt sic dicam, habitus vitiosi extincti per vnionem: sicut de fomite peccati, & tentationibus dicemus inferius.



QVÆSTIO V.

An Christi humanitas vi vnionis hypostatica ad opera consilij, ita fuerit preterminatus, vt ea neque anteceter, potuerit emittere?

REM hanc ab antiquis scholasticis pene intactam disputavit primus Vasq. d. 73. ex quo nondum cussio. Soar. d. 37. sect. 4. §. quomodo autem, Moncaus. d. 9. c. 7. §. sed, vt nunc, Ragusa. d. 31. §. vlt. Petrus Hurtado. d. 61. c. 5. Lugo d. 26. sect. 10. Bernald. 54.

CERTAMEN I.

Ad opera consilij formaliter, & in actu secundo sumpta fuit humanitas Christi determinata antecedenter.

Consilij opera materialiter, & in actu primo sunt quæcumque sub diuino consilio cadere possunt: possunt autem cadere quæcumque virtutum opera non præcepta: cum de eis consilium humanitati Christi dare Deus possit, si velit: opera vero consilij formaliter, & in actu secundo accepta ea sunt, de quibus de facto consilium dedit per publicam scripturam Patrum, aut priuatam reuelationem. Quid autem consilium in re præfati importet notandum primo erit. Atque in illud præbente requiritur in diiudicando recte de rebus recte agendis securitas maior: aliqua item superioritas respectu illius, cui præstatur consilium in se autem ipso consilium non solum dicit iudicium superioris de operis bonitate, & perfectione, sed, & maiorem propensionem animi, & voluntatis in illo, vt opus illud fiat: quare consilium est significatio iudicij, & propensionis animi superioris, ad subditum, vt hoc opus non præceptum præ illo faciat, sive gratius facturum esse superiori, si hoc opus, quam aliud præstet. Aduertendum est secundo sanctitatis moralem perfectionem præterquam in sanctitate, & iustitia formali stare in maiori animi propensione, & adhesionem diuinis consiliis exequendis: quocirca, quo maior, vel minor sanctitas moralis in animo fuerit, eo maior, vel minor adhesio, propensio, ac promptitudo ad Dei consilia exequenda in animo erit: cum igitur in animo Christi summa, atque infinitè exce-

dens creatis moralis sanctitas, & perfectio fuerit, etiam cum venialibus pugnant, dubium non est quin, & summa fuerit voluntatis eius ad consilia Dei exequenda ad hæc, ac proinde omnibus sibi à Deo præfatis acquieuerit. An vero ita esse acquieuerit omnibus, vt non potuerit non etiam antecedenter, vel omnibus, vel aliquibus acquiescere, præfatis quæstionis materia est, ac difficultas.

2 Recentiores nonnulli apud Hurrado sect. 6. inquit docent Christum, qua hominem, sive ipsius humanitatem potuisse absolute diuinis consiliis non acquiescere: quia alioqui non esset in eius operibus libertas, ac meritum. Sed ostendimus controu. de merito Christi cum antecedenti humanitatis Christi impeccabilitate meritum, & libertatem etiam in operibus præceptis, in quibus clarior difficultas est, amice componi. Item de omnibus operibus, quæ Christus exhibuit consilium à Deo accepisse non est certum: quare in aliquibus meritum, & satisfactio pro nobis esse possit. Arguebant secundum quia possit in Christo homine summa moralis perfectio sanctitatis esse, quin antecedenter adstringeretur consiliis absolute: sicut in Deo est, qui nullis consiliis adstringitur. Sed vt alia mittam. Deus à nullo recipere consilium potest iuxta dicta num. 1. de consilij natura: potest autem Christus: quare moralis perfectio ex adhesionem diuinis consiliis merienda est in Christo, qua homine, secus autem in Deo. Arguebant tertio ex Anselmo 1. cur Deus homo? c. 19. post init. vbi cum Bolo diceret negari non posse moriendo Christum melius, & Deo gratius præfatis quin dicatur. *Eum non debuisse facere, quod melius esse, & magis placere Deo cognouit. Quomodo ergo asseremus eum non debuisse Deo, quod fuit: id est quod melius esse, magisque Deo placere cognouit? Præferim cum creatura debeat Deo totum, quo est, & quod scit, & quod potest?* Responder: Anselmus, quædam illi creaturæ, Deus concedit aliquid licitè fuisse, & non facere dat illi ita suum esse vtrumque, vt licet alterum sit melius, neutrum tamen exigatur determinatè. Sed vel loquitur de exigentia præcepti, & non est ad rem: vel consilij, & hanc negat de opere meliori secundum se: quare nihil Recentioribus præstat.

3 Lugo sect. 10. num. 134. docet Christum, qua hominem potuisse antecedenter diuinis consiliis non acquiescere physicè quidem non autem moraliter: non secus ac nos ad omnia venialia coll. etiam sumpta vitanda potentiam physicam habemus, non moralem impotentiam istam antecedentem moralem à physica diuersam ne in exemplo quidem venialium valui percipere. Si enim pro omnibus, & singulis instantibus, & occasionibus potentia physica adest ad vitanda venialia, ad omnia, & singula: ostendit quid deficiat ex parte actus primi ad moralem potentiam vitandi omnia, & singula venialia. Quare physica illa potentia ad omnia collectiue vitanda moralis etiam potentia est. Solum ergo potest vocari impotentia moralis consequens: quia, vt de more, atque ordinaria providentia auxiliata efficacia hominibus Deus impertit ad omnia vitanda nulli ex hominibus communibus impertitur, sed in aliqua, vel aliquibus occasionibus sufficientia solum, & in re quidem præfati nulla præter physicam impotentiam moralem excogitari potest. Nec enim his est an omnibus consiliis diuinis contentum possit antecedenter voluntas humana Christi dissentienti, sed an alicui, respectu cuius, si potentia physica est ad dissentium. Quidam moralis illa impotentia erit: si dicas esse maximam propensionem humanitatis vnice ad diuina consilia sectanda, cui difficile queat voluntas reluctari, rogo an tandem facultas sit physica in voluntate vt reluctetur dissentiens: vel secus: si non est: ergo id, quod moralem impotentiam vocas, physica impotentia est: si est facultas physica, absolute poterit consilio diuino humanitas dissentiri: quare in proposita quæstione cum impugnatis Recentioribus censet.

4 Propositam nostram conclusionem de impotentia absolute

CERTAMEN II.

Operibus consilij materialiter, & in actu primo sumptis potest voluntas Christi absolute dissentiri.

absoluta humanitatis Christi ad dissentiendum operibus Consilij formaliter, & in actu secundo docent Soares Monceus, Ragusa, Petrus Hurtado supra §. 34. Bernal. sect. 5. Probat; quia humanitas Christi sanctificatur summè à Deitate, cum in genere physica, seu formalis sanctitatis, cum in genere sanctitatis moralis: ergo eadem sanctitas pugnat antecedenter cum coniunctione cuiusvis moralis imperfectionis: atqui dissensus à consilio diuino est moralis imperfectio: ergo sanctitas Deitatis quæ est in humanitate Christi pugnat cum dissensu à quouis consilio diuino. Primam consequentiam probat quia sanctitas moralis in actu primo, quo maior est dicit maiorem adhesionem, ac propensionem ad diuina consilia exequenda: ergo summa summa, quæ esse possit: at hæc quæ nequeat voluntas in actu primo, & antecedenter dissentiri consilio diuino est summa, ac non repugnat, sed potest absolute esse: ergo hanc continet summa sanctitas moralis à Deitate humanitati Christi proueniens. Confirmatur: quia concors est Patrum, & Theologorum sententia non potuisse voluntatem Christi humanam aduersari diuinæ: at si posset dissentiri consilio diuino posset aduersari voluntati diuinæ: in illo significatæ: ergo non potest aduersari consilio diuino. Denique impotentia hæc absoluta dissentendi consilio diuino maxima est perfectio in genere sanctitatis moralis, & in qua nihil absurdum, aut repugnantia inuoluitur, sed quidquid sine incommodo, aut repugnantia perfectius, meliusque est humanitati Christi debet concedi: ergo & hæc impotentia antecedens dissentendi consilij diuini.

5. Ceterum in assignanda formalitate, ratione cuius impotentia hæc absoluta in humanitate inducatur citatis Doctoribus non conuenit, Lugo, & Hurtado visionem beatæ humanitatis attribuant. Ragula vnioni soli: ex quo dissidium conclusionis nostræ falsitatem prodi clamabat Bernal. sect. 2. n. 16. sect. 3. num. 33. quam tandem ipse sequitur sect. 5. vt vidimus, quin dissidium componat; est autem compositum facile: Quod enim vnione inducatur hæc impotentia non tollit quod visione beata etiam inducatur, sicut cæteris beatis induci censet, licet hæc inferioris ordinis impotentia habenda sit, sicut impotentia peccandi antecedens, & ab vnione, & à visione beata eidem humanitati prouenit. Verum ad rem præsentem proprius censet Ragula, & accommodatius, si visioni tanquam conditioni, & Deitati, ac personæ diuinæ, quam affert tanquam formæ eam tribuat impotentiam: quippe hic de speciali impotentia, & nobilissima dissentendi consilij diuini, quæ in humanitate est disputamus, non de communi Beatis etiam, & imperfectiori, quæ sola à visione beata potest prouenire. Obicit Bernal. vnio, ac Deitas non est formaliter moralis perfectio: ergo non pugnat cum morali imperfectione. Distinguo antecedens: in actu secundo concedo: nam hæc est actualis adhæsiō, & exercitium se actu exercitio conformandi consilij diuini, in actu 1. nego. Hæc namque est determinatio in actu 1. ad adhesionis illius exercitium. Instabis physicum, & morale non sunt sub eodem genere: ergo nequeunt sibi inuicem repugnare: atqui sanctitas Deitatis in humanitate quid physice coniunctum illi est; imperfectio autem non assentiendi consilij diuini quid morale: ergo nequeunt sibi repugnare. Nego primam consequentiam. Nam gratia quid physicum est, & peccatum quid morale, & tamen sibi repugnant. Secundo nego subsumptum: nam principium operis moralis, licet physicum sit, morale quid est in actu primo. Et enim physici, & moralis ratio non pugnant in eitate eadem imo semper coniunguntur.

1. **C**onsentio Valentia q. 19. pun. 2. Valq. d. 73. n. 36. Salas 1. 2. t. 2. tract. 3. d. 7. lect. 8. dicentibus Christum ac Beatos liberos esse in operibus (preterogationis. id est, de quibus ab eis præstandis significati Dei voluntas ipsis non fuit. Pro cuius conclusionis probatione nota primo: Deum non prosequi possibilem existentiam adhuc inefficaci desiderio necessario, sed prolium libero: (quidquid sit de necessitate, vel libertate, sed coplacentia Dei erga possibilem, in quo est DD. & sententiarum diuersitas) vt controu. de voluntate Dei fusc ostendimus. Vnde cum consilium hanc Dei propositionem, per desiderium saltem inefficax, vt à Christi humanitate præstaretur, supponat, eiusque significationem humanitati factam includat, sit vt non necessario in Dei consilio ad humanitatem Christi numeranda sint, quæcumque in genere moris meliora, imo neque quæ optima esse deprehendantur. Nota secundo Christum Dominum nobis in vitæ spiritualis ducem, ac Principem hominibus datum esse cum plena ea in re potestate præscribendi nobis, cum verbo, tum facto, & exemplis totius perfectionis humanæ regulas seu consilia: id quod & facto ipso comprobatur. Cum perfectionis regula, quæ extant, vel omnes, vel ferè in euangelio de Christi verbis, & factis contineantur: vt inde perfectio omnis nomine Euangelicorum consiliorum cõpelleretur. Insuper probatur ratione: quia, vt in humanis Regibus cœnit, qui cum aliquem in ducem, atque aliquorum Principem constituunt, de cuius scientia, & virtute confidunt, agenda omnia integra illius arbitrio, atque electioni in eius honorem relinquunt: sicque cum Mose, Christi typo, & figura à Deo factum legitimus illis verbis: *Eccce constitui te Deum Pharaonis*: ergo potius ita factum cum Christo, eiusque humanitate credemus, cuius scientia, sanctitas, dignitas, longè, imo infinitè erat maior.

2. Confirmatur: quia Deus potest creaturæ alicui liberam operum honestorum electionem relinquere iuxta Anselmum recitatum cert. 1. n. 2. sine ergo potissimè humanitatis Christi tam perfecta Deitatis sanctitate ornata, tantaque scientia instructa, vt ideo Matth. 11. 26. postquam dixit: *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo*. Scientiam commendat suam: & nemo nouit Filium nisi Pater, neque Patrem quis nouit nisi Filius, quasi dicat is solum plenam mihi eligendi in omnibus facultatem à Patre factam dubitauit, qui de scientia meâ præcellentia dubitet. Nec nisi in veritatis huius confirmationem ante insigne illud humanitatis consilium, & exemplum, quo pedes discipulorum lauit dictum fuit: *sciens quia omnia dedit ei Pater in manus*. Id est cum sciret integram sibi esse à Patre suarum actionum electionem, & sanè Anselmus, ideo posse creaturæ liberam relinqui suorum operum electionem à Deo relinqui aiebat, vt ita factum à Deo cum Christi humanitate Bolsi suaderet. Clarusque adhuc Anselmus ad eius capitis medium in hanc eandem sententiam scribit, *Quoniam ipse, est Deus, & homo, secundum ex qua fiat homo, sic accepit à diuina natura, quæ alia est ab humana, esse suum, quod habebat, vt nihil deberet dare, nisi quod volebat*. Quibus aliam etiam rei huius rationem acutè presit Anselmus. Quæ sic habet, iure vnionis ita Deificata est Christi humanitas, vt ipsa simul Dea quodammodo euaserit, ac certè cum pleno Creatorum omnium, quare, & actionum quarumque suarum dominio: ergo earum vltus integer humanitati etiam in operibus honestis, & perfectionis fuit, quin aliquid deberet. Confirmatur hæc ratio: quia vnionis datæ humanitati fuit sanctitas Deitatis, ac perfectio diuina, cui integrum in actu

actu primo est in operibus honestis, & consilij eligere.

3 His adnotatis Bernal. citatus sic videtur conclusionē probare: quia, cum summa perfectio creaturæ sit se consilij diuini conformare: atque hac facultate humanitati facta, ut ageret honestis operibus, quæ vellet in cuiusvis electione æqua erat perfectio, & si de se opera inæqualia forent: quare stabat optime cum summa morali sanctitate humanitatis quoduis honestum opus eligere, aliis relictis: quare, & libera in actu primo erat, neque determinata ad opera consilij in actu primo, & si re vera ex summa sua sanctitate morali ad perfectissimum in actu primo esset determinata æqualitatem operum omnium de se inæqualium in eo casu probat. Quia etsi virginitas perfectius quid matrimonio sitat vero si Deus matrimonium consuleret, qui hoc eligeret non se imperfectius gereret eo, qui eligeret virginitatem, sed perfectius: quia se magis conformabat primæ regulæ perfectionis, quæ Dei consilium est: ergo cum facta libera electione consilij à Deo alterutrum æque, æqua est in alterutris electione perfectio: cum æqua sit cum diuino consilio conformitas. Hic tandem ex variis rationibus, & obiectionum solutionibus discursus Bernalis constat: tandem, sed qui nobis non placeat. Primò: quia suppositum conclusionis, quam adstruit, destruit omnino. Facit enim omnia opera Christi opera consilij formaliter, & in actu secundo contra suppositum conclusionis. Secundo hoc non probat: quia quoties à superiore agendorum optio subdito datur, circa nullum à subdito agendorum est, insinuaturè subdito voluntas propensa, & inclinatio superioris, sine quibus consilium eius ad inferiorem stare nequit. Tertio hoc admissio: non probatur intentum. Nam si æquè cõsiliur opus inæqualis de se perfectionis à Deo cum ex parte conformitatis cum consilio diuino nequeat compenari in electione imperfectioris operis excessus perfectionis, qui est in opere de se perfectiori, qui imperfectius eligit opus, non æquè perfectè agit, ut patet casu quo optio virginitatis, & matrimonij daretur alicui à Deo.

4 Probat ergo conclusio: quia summa sanctitas moralis humanitatis Christi in actu primo, solum determinat eam in actu primo, ut se conformet omnino consilij diuini præstando, vel non agendo id, de quo agendo, vel omitendo consilium à Deo habet: atqui de operibus, consilij in actu primo consilium à Deo non habet, ergo ad hoc, vel illud agendum non est determinata in actu primo humanitas Christi vi summæ sanctitatis suæ moralis in actu primo. Confirmatur: quia Deus summam habet sanctitatem moralem, siue moralem perfectionem in actu primo, & tamen non determinatur per ipsam in actu 1. ad electionem operationis de se perfectionis maioris, ut dicebamus n. 1. atqui in operibus consilij materialiter, & in actu 1. tantum, & maior perfectio de se vnius operis præ alio: ergo humanitas Christi non determinabitur à summa sanctitate morali quam habet per Deitatem ad electionem operis de se imperfectioris. Atque hæc quidem satis conclusionem vniuersim ebincunt. De factio autem plura fuisse opera humanitatis Christi de quibus consilium Dei nõ habuit, imo omnia opera, quæ exercuit non ex præcepto eiusmodi fuisse certius mihi est ex dictis n. 1. & 2. atque insuper quia sic, sine vlla difficultatis adhuc, vmbra in operibus Christi pluribus, libertas meritum, & satisfactio facilius intelligitur. Porro ex hac ratione conclusionem nullo negotio diluitur id quod aduersus conclusionem; nempe summam humanitatis perfectionem, seu sanctitatem moralem in actu primo dedecere minoris de se perfectionis opus, quam posset eligere: nam deficeret illi in exercitio aliqua perfectio, nec adeo gratum voluntati Dei opus eliceret: quare nec se voluntati diuinæ, quam perfectè posset, conformaretur humanitas: omnia enim hæc instantur contra obiectantes in summe perfectè Deo, quem ad optimum eligendum non teneri diximus, licet gratius Deo obiectiuè, & perfectius opus foret. Nec tunc Deo vel humanitati imperfectius eligenti moralis perfectio priuatiuè deficit, licet desit negatiuè: quia illam non habet, sed quam non

debet. Solum enim debet humanitas se conformare voluntati Dei præctice, quæ regula perfectionis summa est.



QVÆSTIO VI.

An Christi voluntas fuerit in omnibus conformis diuinæ? an in aliquo contraria.



QVÆSTIO hæc definita ferè est in præcedentibus, sed tamen ob difficultates aliquas ex Scripturæ testimoniis expediendas in propriis terminis examinanda est.

CERTAMEN I.

Voluntas humana Christi in omnibus conformis diuinæ fuit, nec potuit in aliquo ipsi contrariari.

1. Prima conclusio de conformitate voluntatis humane Christi cum diuina, neque vquam de illa illi contrariatà esse de Dei præcipientis voluntate de hoc est, expressa Psal. 39. num. 3. *scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: Deus meus volui: & legem tuam in meo cordis mei.* Item Ioan. 4. *Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me.* c. 14. n. 31. obuiam comprehensio procedens: sicut mandatum dedit mihi Pater sui facio. Definit etiam est contra Hæreticos nonnullos in Conc. Lateran. sub Martino 1. consultat. sine secretario. cap. 16. & pluries in 6. Synodo sæpius præcipuè episc. Agathon. ad Constantin. Pogonat. ac 4. approbata 23. & 18. in qua plura Patrum testimonia recitantur, atque est. 1. in episc. Sophronij act. 17. in definit. fidei. Cyril. 2. in Ioan. c. 14. lib. 4. cap. 1. Damascen. 2. de fide cap. 22. circa fin. lib. 3. cap. 14. 17. & 18. Chrysof. hom. 47. in Ioan. Hieronymus in id Matth. 26. *fac voluntatem tuam.* August. ad locum Ioannis, & q. 77. in nouum testamentum. Probat aliqui quia voluntas præceptiva Dei de aliquo à nobis præstando efficacè absolute est de illo: ergo cum Christus sciret omnem Dei voluntatem efficacem esse necessario implendam, non nisi imprudenter voluntatem suam contraretur. Verum antecedens est falsum. Si enim voluntas Dei præceptiva efficacè absolute foret operis præcepti, quodvis negatiuum præceptum, ac positiuè particulari & determinati operis in indiuiduo aboleret: propter libertatem iuxta dicta controu. de volunt. atque hic controu. 1. d. ... Solum ergo dicit præceptum voluntatem efficacem absolute præcipiendi, non autem exhibitio operis à subdito, in Deo præcipienti. Solida ergo Theologica sumitur: quia Christus qua homo eius præcepti non ignarus, sed plenè conscius voluntate contraria Deo præcipienti peccasset, ast nunquam peccauit, nec peccare potentia consequenti, aut antecedenti potuit, ergo nusquam voluntate sua humana contrariata diuinæ præcipienti, sed prorsus illi fuit de facto concilians. Simili ratione probatur nusquam non fuisse voluntatem humanam Christi conformem voluntati Dei conciliantem Christo: quia nisi conformis semper eiusmodi voluntati fuisset admitienda sanè in eo foret aliqua moralis imperfectio, ut ex dictis q. 5. patet.

2. Dico secundo neque antecedenter potuit voluntas humana Christi contraria esse diuinæ, siue præcipienti, siue consulenti. Probat per facile ex dictis, q. 2. & 5. quia potentia voluntatis antecedens ad dissentendum, hoc contrariandum voluntati Dei siue præcipienti, siue consulenti humanitati esset potentia antecedens ad præceptum vel imperfectionem moralem admitteendam, atque neutrum habet voluntas Christi potentiam antecedentem: ergo voluntas Christi non potest antecedenter contrariari.

trariari, aut non conformari voluntati Dei siue præcipientis, siue consulentis humanitati Christi. Confirmatur argumento positio à paritate à minori ad maius visionis & amoris beati. At inquit Lugo potuisse esse actum contrarium voluntati Dei antecedenter ad illam, vel eius notitiam in humanitate sine peccato, & imperfectione. Sed in primis tunc non esset voluntas illa contraria diuinæ præcipienti, vel consulenti, si ad præceptum, & consilium diuinum natura antecederet, imo etiam ad solam notitiam illorum, siquidem ante notitiam, & intimationem, & euulgationem præceptum, & consilium non est. Secundo si proprii naturæ ad præceptum, aut consilium diuinum, de hoc actu, vel oppositi omissione actus oppositus à voluntate Christi positus est, nequit pro posteriori naturæ esse præceptum de huius omissione, vel actus aduersi positione: ergo repugnat causis. Probo: præceptum, & consilium practicum essentia sua est: ergo implicat esse de impossibili, siue actu, siue omissione: at si positio huius actus pro hoc instanti natura præcedat ad præceptum, vel consilium omissionis eius, vel positionis actus contrarij de impossibili: ergo implicat pro posteriori naturæ ad actum voluntatis humanæ præceptum, & consilium diuinum de eius omissione, vel actu opposito. Subsumptum probo: quia positio in hoc instanti pro priori naturæ actu hoc voluntate absolute est in hoc instanti: ergo implicat absolute esse eius omissionem absolute, qua absolute non sit in hoc instanti: similiter esse actum contrarium ab hac voluntate humana, cum in ea non sit potestas ad iungendos duos actus contrarios, quare etiam Deo poni actus oppositus queat, non tamen à potentia voluntatis cui imponeretur præceptum, vel daretur consilium.

3 Opponunt Hæretici illud Matth. 16. *Pater si possibile est transeat à me calix iste; ueruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu*: siue, ut apud alium Euangelistam. *Transfer calicem istum à me ueruntamen non mea uoluntas sed tua fiat*. Vbi voluntati Dei præcipientis mortem suam aduersari, ita fatetur, ut utramque simul impleri non posse fateatur. Hilar. can. 31. in Matth. Hieronym. & Anselm. ad Matth. uerba aiunt: fugam, & timorem voluntatis Christi non fuisse mortis, & passionis suæ, sed utique ad mortem, ut notantur Euangelistæ scandalis scilicet discipulorum ob illam, repugnant tamen textui, & impossibilitati implementationis, utriusque voluntatis humanæ suæ, & diuinæ quam Christus fatetur. quo etiam confutata manet solutio S. Bonau. in 3. d. 17. q. 1. a. 1. q. 3. Ricardus ibi ratione 2. Gabr. a. 2. concl. 6. Durand. q. 1. n. 8. Marfil. q. 1. a. 3. p. 1. & 2. Maior. d. 17. q. 1. concl. 2. & 3. ex Damasc. 3. de fide c. 18. afferentium uoluisse Deum, ut humanitas mortem refugeret. Tertio Durand. & Richardus proximè & Palud. ibi a. 1. q. 3. quib. fauet S. Th. 3. p. q. 18. a. 3. corp. a. 5. & 6. & q. 21. a. 3. ubi Caiet. Respondent ex Damasc. 2. de fide c. 22. motum illum voluntatis humanæ Christi in fuga de morte non fuisse liberum, sed naturalem. Contra: quia actus non liber, seu indeliberatus voluntatis nequit non ex defectu considerationis prouenire, qui in Christo nequit admitti. Contra secundo: quia voluntas illa fuit de facto cum plena deliberatione, & cognitione voluntatis Dei erga oppositum, ut textus suadet. Damasc. uero S. Th. ac reliqui Doctores naturalem uocant, non quia indeliberata fuerit, sed quia iuxta naturæ inclinationem seipsam conseruandi, noxiæque auertendi fuerit.

4 Solida ergo solutio sit voluntatem illam non fuisse contrariam voluntati præcepti, aut consilii Dei. voluntas enim præcepti Dei fuit, ut Christus non excusaret, sed acceptaret mortem ab inimicis oblatam efficaciter absolute, cum quo non pugnat voluntas absolute inefficax; efficacis autem conditionata formaliter excusandi mortem, si Dei præceptum voluntas non adesset, qualem fuisse illam Christi docent Durand. in 2. d. 15. q. 2. n. 9. Gabr. in 3. disp. 17. q. vnic. art. 2. concl. 3. & 4. Almain. q. 1. concl. 3. & 4. S. Th. q. 21. a. 4. ubi Caiet. vel solum virtualiter efficacis conditionatè, quia inferret efficacem fugam mortis, si abesset Dei voluntas præcepti acceptandi, & non refugiendi oblatam mortem, ut uult Vasq.

d. 73. c. 3. & qui cum ipso voluntates efficaces absolutas ex parte actus, & conditionatas ex parte obiecti inficiantur eiusmodi autem voluntatem conditionatam, vel virtualiter, vel formaliter non absolutam fuisse, atque cum absoluta efficaci eiusdem humanitatis conformi diuinæ compossibilem satis produunt uerba ipsa. *Si fieri potest &c. sed non sicut ego uolo, sed sicut tu. & non mea uoluntas, sed tua fiat*. Pugna ergo, & oppositio impossibilitatis non erat inter humanam illam conditionatam voluntatem, & diuinam præcepti; sed inter utriusque effectus, scilicet moriendi, & non moriendi, ut expressè satis illis uerbis Christus: *si possibile est, & illis. si non potest hic calix transire à me nisi bibam illum &c.* Unde hæreticorum ponderationes, & obiectio euanelescent.

5 Opponunt secundo: fuit in Christo uoluntas humana, & efficacis non una solum effectu carens, ergo contraria diuinæ. Antecedens constat ex Matth. 9. ubi cæcis ad uisum restitutis serio silentium præceptum indixit, qui tamen ipsi diffamauerunt eum. & Marci. c. 7. sine adstantibus miraculo surdi, & muti præcepit, ne cui dicerent: *quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant*. atque eodem capite luperius dicitur *ingressus domum neminem uoluit scire, & non potuit latere*. ex qua latendi uoluntate, quia effectu caruit, colligit Agatho. Pa. epist. decretali recitata in 6. Synodo. act. 4. & approbata act. 17. humanam fuisse: ac proinde efficacem fuisse supponit: nam in efficacis diuinæ sæpè effectu calet, ut patet in uoluntate saluationis omnium hominum, quos *omnes uult Deus*, teste Paulo *saluos fieri*. & tamen plures pereunt. Consequentiam admissio antecedenti. Vasq. d. 58. c. 2. admittit; putat certam Bernal: quia uoluntas efficacis effectu carens necessario erat de re opposita illi, quam Deus efficaciter uolebat, yelleque Deum Christus, qua homo, sciebat. Ego uero, ut antecedentis examen in certamen secundum referuem, nego consequentiam, quam ratione formæ fallam prorsus iudico. Potuit enim Christus efficaciter uelle uoluntate humana, quod Deus ineffaciter solum uolebat, quin efficaciter uellet oppositum: neque illud assequeretur. Puta: potuit uelle alicuius reprobis salutem; & in gratia decessionem, quam Deus ineffaciter uolebat certo: atque uelle certo non uolebat efficaciter peccatum eius finale, & damnationem ante illud: & tamen uoluntas illa efficacis Christi careret, & poenitentia finalis, & salutis effectu. Poterat item humanitas Christi absolute efficaciter uelle alicuius, circa quod edendum concursu Deus pure omissione se haberet: quo in casu uoluntas illa humanitatis careret effectu, quin Deus efficaciter uellet oppositum. Nihil ergo ratione formæ concludit argumentum. Sed neque ratione materię, & eius quod de facto fuit, ut iam ostendo.

CERTAMEN II.

Nulla efficacis uoluntas humanitatis Christi effectu caruit.

1 **G**rauior est ex citatis testimoniis de antecedenti secundæ illius obiectio: difficultas: an aliqua efficacis uoluntas humanitatis Christi effectu intento caruerit, nec fuerit impleta in qua asserit Vasq. citatus ob Agathonis testimonium, & argumentum. Negat Soar. d. 38. lect. 5. cum Caiet. 3. p. q. 18. a. 4. & reliquis Thomistis, licet in modo explicandi uoluntates illas Christi non nihil diffideant apud Vasquez. c. 1. consentit Bernal. d. 53. lect. 2. quibus, & ego. Est item expressa sententia Augustini citati cert. 1. num. 1. præsertim. q. illa 77. Gregorij Magni. 19. Moral. c. 14. Ratio est prompta, quia, quocumque modo effectus quiuis futurus non esset, notum Christo, qua homini, erat: ergo efficacis eius uoluitio non solum imprudens esset, sed, & impossibilis. Probo impossibilitatem, non solum ex imprudentia, quæ Christi uoluntati repugnat,

repugnat, sed quia implicat impossibile cognitum, ut impossibile intendi efficaciter: atqui cognitio effectus non futuro, siue negatione illius futura cognoscitur effectus futurius impossibilis: ergo nequit voluntas efficax in illam ferri: cum tamen voluntas efficax essentia sua feratur in effectus futurius; quod si negatio futurius effectus esset ex voluntate efficaci Dei, Christo etiam ea innotuisset: quare in voluntate efficaci effectus ab humanitate non imprudentia solum, verum & culpa incurreretur.

2 Dices potuisse Christum pro priori natura ad scientiam de futuriis negationis effectus, & voluntatis Dei circa illam velle efficaciter voluntate sua humana effectum, tunc autem neque imprudenter, neque culpabiliter vellet. Sed hoc conclusionem de facto quassat. Secundo assumitur falsum. Cum enim Christus qua homo sciret debere sibi futurorum omnium cognitionem maxime eorum, quae ad ipsum aliquatenus spectare possent pro nullo signo ignorare, vel non scire potuit debere sibi cognitionem eam futuriis, vel non futuriis, seu negationis actus illius, de quo efficaciter volebat discernere, ac de voluntate efficaci Dei circa illum, vel oppositum: ac proinde imprudenter statueret non expectata scientia eorum quibus intendendus effectus posset impediri: prudentia enim dicitur appetere efficaciter ea solum, quae cuique factibilia, & assequibilia sunt: quare omnium impedimentorum, siue ex parte antecedentis, siue consequentis quam exploratissimam scientiam expectandam esse ab eo, qui illam habere possit, antequam efficaciter appetat: ergo cum Dei voluntas efficax de opposito sit impedimentum ex parte antecedentis, atque oppositi futurius ex illa ex parte consequentis ad effectum, horumque notitia evidens haberi à Christo homine possit, imo habenda necessario in illo eodem instanti sit, licet pro naturae posteriori imprudenter à Christo homine, qui ita futurum sciebat, ante illam scientiam statueretur de effectu, nec solum prudenter, sed culpabiliter, cum sciens, & volens se exponeret periculo volendi efficaciter contra efficacem voluntatem Dei.

3 Ad Agathonis testimonium, & argumentum respondeo voluntatem illam latendi recte conuinci humanam fuisse, ac non diuinam, licet circa latendi finem solum fuerit, ut vere fuit inefficax ex eo solum, quod circa media omnia humanitati possibilis ad latendum efficax fuerit, ut vere etiam fuit in homine Christo. Voluntas enim diuina licet inefficax finis, efficax autem circa media ad illud possibilis, & efficacis nequit effectu carere, ut patet in voluntate inefficaci salutis praedestinatorum: quae quia efficax circa media efficacis est, carere effectu nequit potest. Atque hanc fuisse Agathonis mentem suadent haec ipsius verba: *ergo ne ille omnium conditor, ac Redemptor, de quo dicitur: omnia quaecumque voluit fecit in caelo, & in terra: cuius velle hoc est, quod posse, in terris latere volens non potuit &c. nisi hoc ad humanam eius voluntatem, quam temporali dignatus est assumere, dirigeret?* Vbi ad potentiam diuinam voluntatis, etiam de hominibus redimendis, quae solum circa media efficax esse iuxta Vasq. potest, Pontifex recurret, ut inde humanam, quae effectus in Christo caruit, voluntatem probet, non diuinam fuisse. Hoc ipsum verba textus expriment, & non potuit latere. Ad quae Damascen. 3. de fide cap. 17. quo etiam factum est, ut cum sui conspectum subducere vellet per se id non potuerit, quod nimirum Deo verbo perspicuum id fieri placuisset, verè in se esse humanae voluntatis imbecillitatem. Siquidem appositis omnibus, quae potuit ad latendum occultationem sui non obtinuit effectuque, ad quem omnia quae potuit media apposuit, tandem caruit.

4 At insurgit Vasquez voluntas humana finis, ex qua media omnia possibilis adhibentur ad illum obtinendum efficax omnino est, si ostende, inquit, quoniam ab inefficaci humana voluntatem efficacem humanam discrimines; nisi quod ex hac homo media omnia sibi ad suam efficaciora possibilis adhibeat, secus ex inefficaci: atqui per te ex voluntate illa latendi apposuit Christus, qua homo omnia media sibi possibilis, & quam potuit efficacis: ergo voluntas humana latendi in Christo efficax

fuit. Sed facile maiorem distinguo, ex qua media omnia nobis possibilis adhibeantur: necessario concedo maiorem, non necessario, sed libere nego maiorem, & ecce discrimen quod exposcis efficacis voluntatis humanae ab inefficaci quod illa cogat, ut media efficacis, quae ab intendendo possibilis adhibeantur, inefficax vero non cogat ita apponere licet ita apponi non vetet. Accedit quod iuxta Vasquez ipsum voluntas Christi, etiam humana fuit ostendens suam imbecillitatem humanam, idque etiam à Damasceno asseri docet, ad quod ut lateret fecit quod potuit, neque aliter ostendi imbecillitas humana poterat, nisi eis praestitis omnibus, quae potuit non latendo: ergo potuit velle inefficaciter latere, alioqui vellet latere, & non latere ad ostensionem suae infirmitatis humanae, atque verumque efficaciter, ac simul: nempe duplex contradicendum quod repugnat.



QVÆSTIO VII.

An vi vnionis peccati fomes fuerit in humanitate Christi extinctus? an ligatus? an viuus, & solutus?



B hac quaestione vnionis hypostaticae oppositionem non solum cum peccato, sed cum peccati principiis examinamus: ac primum de oppositione cum fomite peccati, qui peccatorum in nobis, quasi prima radix est.

CERTAMEN I.

Quid fomes, quidque eius ligatio, & extinctio sint statuitur.

1 Explodenda circa primum est aliquorum apud Vasquez, & Soarium infra opinatio: nempe fomitem esse morbidam, nescio quam in appetitu qualitatem, & praeter naturam corruptam in malum inclinantem. Et enim inclinatio ad malum, ut malum in appetitu esse non potest, nisi possit aliud esse quam habitus vitiosus: hic autem in fantibus in quibus peccati fomes est, gigni actibus non potuit, imo, nec ab hominibus, antequam primo, non solum actualiter, imo omni vitiorum genere peccati, quae inclinatio vniuersalis est fomes: nisi demum à Deo progigni, vel à natura ipsa, non sine conditione iniuria manare. Si autem inclinatio illa non sit ad malum, vel ad malum, sed ut delectabile, sicut appetitus ad reliqua delectabilia se solo inclinat, ita, & ad delectabile, quod malum morale sine ea qualitate inclinabit. Affectus tres, & spiritualis vitae Magistri quid huic opinionioni consonant: Sed id tamen volunt per peccatum eis priuata naturam, quibus appetitus à delectabili malo non ita traheretur. Durandus igitur in 3. q. 3. docet potentiam appetitus esse peccati fomitem, siue inclinationem in actus circa delectabile dissonum rationi. Contra tamen, quia fomes peccati est effectus peccati originalis per Tridentinum sess. 5. decreto de peccato originali: atqui originale non est causa appetitus sensituius: ergo hic secundum se non est fomes peccati. Secundum Diuipara, beatis, Christo Domino, & Adamo innocenti fomes peccati non est per patres, & concilia, & tamen in eis omnibus est appetitus sensituius: ergo appetitus ipse sensituius fomes peccati non est.

2 Ut hæc vitaret Vasq. d. 4. c. 5. d. 47. Vnding. d. dub. 3. n. 23. verù *Dico primo*. Fomitem peccati in actu appetitus circa delectabile inhonestum quatenus voluntatem ut illud prosequatur sollicitat omnino constituit: Vasquez, quia in Christo Deipara, ac beatis appetitus cum tota sua latitudine adest, & tamen abest peccati fomes: quare non in illa inclinatione appetitus

quatenus etiam delectabile inhonestum concernit, sed in actu præfato erit constituendus Vvadingo: quia Patres peccati fomitem concupiscentiæ legis membrorum, ac tentationis nominibus in se deplorant. sed hoc nõ vrget: ex quippe voces inordinatam facultatem etiam commode cadunt; atque insuper effectus fomitis, quos solum, non illum per se sentiri congeruntur. Nec magis vrget primum. Nam licet in nuda solaque potentia appetitus sensitui non sit inclinatio in delectabile dissonum rationi, ac deordinatio sufficiens ad peccati fomitem, poterit tamen esse in illa cum aliis ex parte actus primi se tenentibus, quæ Christo Deiparæ, ac beatis deficient: ergo non stabit in actibus appetitus sensitui, licet in appetitu ipso secundum se non stet. Sed vterius impugnat sententia: quia fomes peccati potest extingui iuxta Patres, & Theologos omnes; at motus ille, siue actus deordinatus sensitui appetitus auferri quidè potest, non extingui. Nã si auferatur nihil illius manet, sicut manent in igne extincto carbones, & ligna; si non auferatur, licet impediatur ne inflammet non extinguitur. Secundo: quia in infantibus & sopitis prorsus, in quibus nullus motus appetitus sensitui indelectabile dissonum rationi est, est tamen peccati fomes. Tertio motus ille appetitus est têtatio interna; Ast omnis tentatio interna oritur a concupiscentia Iacobi. l. num. 15. *Vnusquisque vero tentatur a concupiscentia sua.* Quo concupiscentiæ nomine fomitem peccati Patres omnes intelligunt: ergo motus ille appetitus sensitui oritur a fomite peccati: ergo non magis potest esse fomes peccati, quam esse sui ipsius principium.

3 Dicendum nobis est cum Soar. d. 34. sect. 2. & t. 2. 3. §. d. 4. sect. 5. fomitem peccati esse appetitum sensituum non præcise sumptum, sed deordinatum ad effectus, & motus erga bonum delectabile dissonum rationi, seu in honestum: quæ deordinatio qualitatem superadditam non claudit, vt vetustiores aiebant, sed solam negationem donorum, quibus ex parte actus primi motus inordinati impediuntur, siue legatione extinctione. Probatur: quia nec est potentia secundum se, vt contra Durandum ostendimus: nec affecta morbida illa qualitate Theologorum antiquorum: nec motus appetitus sensitui a vazquo assertus, vt vidimus: nec aliud apparet excogitabile, quam potentia appetitus deordinata per negationem illorum donorum, quibus ordinanda erat, vt nihil contra rationem appeteret, de se se: ergo in eo stat fomes peccati. Probatur secundo: quia fomes peccati est principium omnium tentationum internarum, vt aiunt Patres omnes ex recitato Iacobo: at solus sensitui appetitus deordinatus est principium earum tentationum: ergo sic deordinatus appetitus fomes peccati est. Minor probata est contra vazquez num. 2. sine. Probatur tertio, ac simul impugnat vazquez, & Vvadingo sententia. Quia è duabus deordinationibus appetitus sensitui in ea, quæ prima, & radix alterius est fomes peccati constitui debet, ast prima deordinatio appetitus sensitui, est deordinatio ipsius in actu primo, posterior autem, & secunda est motus actualis: ergo in illa deordinatione stat fomes peccati, non autem in hac. Maior probatur, tum quia fomes peccati omnium sensu est radix interna peccati: tum quia fomes idem significat, quod incentiuum peccati, quod quidem flammæ concipiendæ initiu est, vimque dicit, & potèntiam fumigantem, qua facillè in anima peccati flamma concipiatur, quæ omnia nõ nisi in appetitum sensituum deordinatum quadrare possunt.

4 Quid autem ligari hunc fomitem sit, quid extingui quouè alterum ab altero differat indagandũ iam est. Soar. l. 5. §. 1. *differentiam*, sine, tam ad ligamen, quam ad extinctionem fomitis necessarium putat, vt deficiat illi aliquid requisitum ex parte actus primi, vt in actu prodire queat. Nempe Dei decretum concurrèndi, vel obiectum, aut interna illius sensatio. Sed tamen nec nec obiectum, nec interna sensatio deficiat ligari appetitus deordinatus aliud poterit propriè, si ea præsidia homini ex parte intellectus, & voluntatis adsint, quibus voluntas appetitus deordinatus aliunde poterit propriè si ea præsidia homini ex parte intellectus, & voluntatis adsint, quibus voluntas appetitus moribus etiam deordinatis trahi, nõceri vè

R. P. Christoph. de Ortega de Dei incarnat.

nequeat, quemadmodum fera, vel canis ligatus propriè dicitur non solum qui adeo arctè catena, vel fune ligatur vt progredi nullatenus queat, sed & qui ita ligatur, vt licet progredi aliquantulum possit non ita vero, vt eo perueniat, vnde potèst nocere. Secundo Dei decretu de concurrèndo, vel non concurrèndo cum appetitu sensitui ad suos inordinatos motus prius quidè est, vel eis motib. vel eorũ negatione, posterius autè natura determinatione in act. i. appetitus ad illos per obiecti sensibilis internam sensationem, sicut, & posterius natura est determinatione ignis in actu i. decretum concurrèndi cum illo ad calefactionem, atque vniuersim cum quavis causã creata non libera, & indifferenti in act. i. sed determinata, quare nisi Deus præternaturali prouidentia de se meroque suo arbitrio vtens independenter à causis secundis earumque exigentia, atque antecedenter ad huius præuisionem decerneret non concurrere cum appetitu sensitui ad deordinatos illos motus decretum non concurrèndi ad illos nequit esse ligamen fomitis peccati ex parte actus primi fomitis ipsius, sed post illum erit, licet sit ante actum secundum deordinatum appetitus.

5 Vt autem rigidam ligamini huius atque extinctionis diuersitatem explicemus, vocis vtriusque proprietates, vnde per metaphoram ad rem præsentem translatæ sunt accuratè erit inspicienda. Extinctio igitur de ligno ignito dicitur propriè, cuius similitudinem fomes seu appetitus deordinatus gerit, qui voluntatem mediis inordinatis suis motibus tanquam flammis inflammare aptus est de se. Sicut ergo quandiu lignum fumigat, licet neque igne faciat aliud, neque flammam concipiat, neque est, neque dicitur extinctus, quia eas concipere, atque inflammare aptu proxime est. Ita appetitus sensituius quandiu inordinatus manet, licet motus inordinati flammam non concipiat extinctus absolute erit, quado manente appetitu in se (qui materia apta deordinationi, & flammis illis concipiendis, quasi lignum est) tollitur deordinatio. Ligatio vero propriè de eis dicitur, quæ possunt localiter disungi, atque moueri: ac de fomite, quia ad motus deordinatos suos progredi, ac insuper ad voluntatem sollicitandam per illos peruadere potest, ligatur vero propriè, cum manente fomite, seu appetitu deordinatione, impeditur ne possit progredi siue ad suos inordinatos motus, siue ad trahendam voluntatem ad effectus circa delectabile rationi dissonum, atque inhonestum, vel arctius, vel laxius vt num. 4. exemplo canis ligati explicabimus, eo autem gradu, quo fomes ligatus est expeditus absolute esse non potest, licet absolute ipse eiusque potentia maneat, sicut, licet mea facultas progressiua maneat cum vinculis, quibus ligor, ast non manet expedita absolute, atque soluta: Soluta enim, & expedita potentia, cum impedita, atque ligata prorsus repugnant, vt de se patet.

CERTAMEN II.

Quibusnam fomes peccati, vel extinguitur, vel ligatur, statuitur.

1 Deordinatio appetitus, qua fomes peccati formaliter constituitur, nihil aliud est, quam appetitus ipse, & sensatio interna delectabilis boni inhonesti cum vi mouendi illum ad eius boni prosecutionem, & negatio eorum, quæ, si animi, atque appetitui qui re ipsa idem cum illa est, adessent fortius derinerent, ne iret in illud obiectum, quam à propositione ipsius per internam sensationis virtutem traheretur. Caier. ergo & Dur. apud Soar. t. 2. 3. p. d. 4. §. 5. *Cum vero*, docent: fomitem per intrinsecã qualitatum inhærentiam, videlicet habitum perfectiorum extingui posse, contra quos moueri alias appetitus possit. Sed primo habitus naturales virtutum præter expressiores species obiecti honesti, & delectabilitatis, quam exercitio virtutum experti fuimus reieci controuerfia de anima: quare habitus voluntatis per accidens infusus nõ admitto; Supernaturales vero non inclinant, nedũ determinant ad suos actus, sed solũ sunt potentie cõplementa vt act. sup. possit attingere, quod sine illis pertingere non valebat. Tertio potentia appetitiua physica qualitate mobilis

511

mobilis non est, quia solum est mobilis intentionaliter, siue per obiecti propositionem, ut controuersiam de anima ostendebam: quare physice qualitatis assistentia, neque ab obiecto delectabili prosequendo, retrahi, neque ad oppositum prosequendum impelli, trahere potest. Hec ex principiis propriis, ex communibus. Contra quarto: quia appetitus naturaliter fertur in delectabile applicatum, nisi per superioris potentie imperium, & motionem contineatur, cuiusmodi habitus perfectarum virtutum minime sunt. Quinto: habitus perfectarum virtutum non reddunt impotem appetitum, ut delectabile bonum oppositum non prosequatur, sicuti neque habitus vitiosus, quantumuis intensus impotem reddit potentiam, ut prosequatur bonum: quare non solum appetitus deordinationem non extinguit, sed neque absolute ligat. Nec refert habitus virtutum, & gratiam ratione subiecti in quo sunt, v. g. Deip. vel homine Christo, eandem vim habere: nisi enim ratione subiecti plures partes qualitates coniungantur, ut in subiecto deo contingit, est subiecto maius actiuitatis qualitas habere non potest. Sed esto posset: non tamen rationis alterius, quam eius actiuitas foret.

2 Dico primo: decreto Dei de non concurrendo cum appetitu circa delectabile diffoni rationi ligatur. fomes, non extinguitur extrema conclusionis pars probata est contra Soar, cert. 1. n. 4. Manet enim deordinatio appetitus, licet defectu principij necessarii ad motus inordinatos impediantur voluntati, atque animo noceat: aut in ea deordinatione fomes formaliter consistit, eiusque in actu primo vitæ ergo manet fomes viuus, cum quo pugnat contractu extinguitur esse: ergo eo decreto non concurrendi ad motus inordinatos cum appetitu fomes peccati non extinguitur. Quod autem eo decreto fomes peccati ligetur ex parte antecedentis ad motus inordinatos pater, quia siue decretum eiusmodi habeatur independentem a determinatione appetitus in actu 1. ad obiectum delectabile inhonestum, proleuione per propositionem internam sensationis, siue post illam, atque inspecta determinationis eius exigentia, nequit appetitus moueri ad illud obiectum: cum deficiat illi principium necessarium ad eiusmodi motum: ergo ligatur ea deordinatio appetitus in actu primo, siue fomes peccati, ne ad illum motum progredi queat, neque voluntati noceat.

3 Dico secundo: ligatur etiam fomes peccati decreto non concurrendi cum voluntate ad consentium circa bonum delectabile diffoni rationi: sed secus autem auxilio efficaciter retrahente a consensu negatiue, vel positiue. Prior pars conclusionis huius patet: quia licet tunc appetitus deordinatus possit progredi ad motus deordinatos suos, aut deficiat illi principium necessarium, siue voluntatem ad consentium inhonestum circa suum obiectum trahat eique mediis inordinatis suis motibus noceat: quare licet laxius, neque adeo arte, atque decreto primo, ligatus est fomes, siue, appetitus deordinatus ne ulterius procedat, ac voluntati noceat. Secunda conclusionis pars de auxilio efficaci retrahente a consensu voluntatem, negatiue ne consentiat solummodo, siue positiue inducendo illam efficaciter ad actum oppositum, cum consensu ad quem appetitus, eiusque deordinati motus voluntatem sollicitant: probatur, quia cum eo auxilio remanet potentia antecedens voluntatis expedita ad consentium turpem, & inhonestum: quare, & pugna fomitis, eiusque inordinati motus antecedens, licet potestate consequenti vinci voluntas nequeat, quia necessitate logica non potest non esse negatio consentis turpis, quam infert per Logicam, siue consequentia illatione auxilium efficaciter retrahens ab illo consensu quod qua efficaciter, futuritione consentis saltem conditionata constituitur, quod si ligatum fomitem, & eius motus inordinatos ex parte actus secundi, siue consequenter, ne voluntatem noceat auxiliis efficacibus contendat, quatenus hæc futuritionem negationis consentis concernunt non nimis remanent: atque eo pacto dictam peccati fomitem ligatum esse in Apostolis aliisque confirmatis in gratia pro quibus decretum conferendi auxilia efficaciter, quibus a consensu turpi retraherentur in omni occasione in Deo fuit.

4 Dico tertio: fomes extinguitur remotione habituali

per totum vitæ tempus sensationis internæ de bono delectabili diffoni rationi. Probatur, quia appetitus sine obiecti representatione nequit ex parte adhuc actus primi ferri in illud: cum nequeat ferri in incognitum: ergo habitualiter pro toto vitæ tempore sensationis interna boni delectabilis diffoni est impotentia antecedens appetitus, ut in illud feratur: ergo non est inclinatio ad illud: ergo nec deordinatio que in ea inclinatione in actu primo ad delectabile diffoni formaliter consistit: ergo nec fomes viuus, qui aliud est, quam ea appetitus deordinatio que in ea inclinatione in actu primo ad delectabile diffoni formaliter consistit: ergo nec fomes viuus, qui aliter certus sunt. Dixi autem habituales esse debere eam remotionem. Lignum enim, quod ad tempus solum non fumigat extinctum non est: quare licet infans, accipit, vel extas impatientibus ea interna sensatio boni delectabilis diffoni non adsit, quia tamen habitualiter, potestque vitæ tempore, sed ad tempus solum adsit fomes in eis extinctus non est. Erit autem sensationis interna habitualis remotio per Dei decretum de ea sensationis remotione, vel obiecti ac speciem remotione, vel alias non occurrenti ad sensationem internam erga illud, aut vehementer alicuius obiecti cognitione, præcipue Dei visione, quæ vim sensibilibus non relinquit, ut in extasi vsu venit, & similibus.

5 Dico quarto: fomes extinguitur adstante etiam modo interna sensatione, sola impeditio virtutis motiue per illa obiecti delectabilis diffoni. Probatur, quia impeditio virtutis motiue intentionalis obiecti delectabilis diffoni, nequit ex parte actus primi appetitus ad illud moueri: ergo neque habet inclinationem in actu 1. ad delectabile diffoni sine qua inclinatione in actu primo, neque deordinatus appetitus est, nec fomes potest consistere. Multifariam vero potest virtus motiue delectabilis diffoni etiam propostis per internam sensationem impediri, vel auferri. Primo per vehementem representationem de damno grandiori in eius delectabilis diffoni prosecutione appetitus factam, ad cuius aspectum delectabile mouere appetitum non poterit, vimque motiui amittet, ne contingit in carnibus propostis, quæ famelicum canem mouere nequeunt, cum aliquis simul præsentatur gladius illi minitans, ne deuoret. 2. Representatione grandioris delectabilitatis capiendæ ex actu opposito facta per internam sensationem, siquidem obiecti spiritualis cognatio, & profectio corpus etiam delectat. Psal. 83. n. 3. Cor. man. & c. ro mea exultauerunt in Deum viuum. Cuius delectationis sensibiles species nondum exercitatis potest Deus infundere. Tertio per lumen magnum supernaturale intellectus boni oppositi honesti, damni que tam positiui, quam negatiui inducendi ab assensu circa obiectum quoduis delectabile diffoni, præcipue si eo lumine, & representatione ad efficacem fugam illius voluntas rapiatur: tunc eam ratione identitatis, vel radicationis in eadem anima cum appetitu immobilis hic bono delectabili relictæ. Hæc lumen supernaturale præuenit fuit adæ voluntas, atque fomes in illo extinctus: quia lumen illud pro natura priori ad motus appetitus, atque habitualiter, perpetuo duraturum datum ex parte Dei fuit: atque adeo nisi consentiente prius natura voluntate, & proleuente bonum delectabile rationi diffoni moueri ab eo appetitus non poterat. Denique visione beata, qua longè imò infinitè excellens delectabilibus creatis bonum Deus clare proponitur prosecutione delectabilis diffoni amittendum, qua in voluntate ardēs eius amor necessario conceptus, quæ duo pro priori natura ad appetitus motiue in actu immobilis illum ad delectabilis diffoni prosecutionem reddunt, ac vim motiue sensationis internæ de delectabili profertur infringunt. Sicque in beatis hominibus peccati extinguitur.

CERTAMEN III

In Christi humanitate peccati fomes viuus neque fuit nec esse potuit, sed omnino extinctus.

1 **E**st vetustiorum Theologorum prima conclusio: Pars in 3. d. 15. S. Th. 3. p. Valq. d. 41. c. 5. num. 43.

med. Soar. d. 34. sect. 2. §. Dico Secundo. Lugo d. 22. sect. 1. Vvadingo d. 8. dub. 3. num. 30. §. Dico tercio. Bernal. disp. 44. sect. 3. num. 5. 1. verlu Quoad fomitem; ac vno verbo Recentiorum etiam omnium sententia. Dedit eam nobis ac illis Cyrill. Alex. lib. 3. Pentabilij latini per nostrum Franciscum Turrianum in sua hoplotheca dicens: Verbum corpus suum virificum fecisse: *Quippe cum sit vita secundum naturam, utpote Deus ut faciens nos participes eius spiritualiter, corpore etiam faceret victores corruptionis, & interitus, & legem peccati, que in membris carnis est, per se ipsum inanem reddens damnauit peccatum in carne sua.* Epist. 1. ad successum sub med. post librum de incarnat. vnigeniti apud Turriani hoplothecam, ait carnis in nobis ægroantem assumpsisse; propriamque incarnatione fecisse; ut quia est vita, & vitæ auctor destrueret eius corruptionem, & increparet motus ingeneratos, motus scilicet ad voluptatem. sic enim perimendum erat peccatum in carne. Recordatur autem, quod Paulus legem peccati vocauit motum in nobis genitum. Igitur quia caro facta est propria verbi desinit subiecta esse corruptioni: & quia peccatum non fecit, utpote Deus & carnem, ut dixi, fecit propriam, desinit ægroare ex cupiditate voluptatis. Quibus illustrem conclusionis rationem mox expendendam nobis etiam dedit August. 1. contra duas epistolas Pelagianor. cap. 11. post med. de concupiscentia, siue appetitu inordinato contra rationem, quam, inquit, Spiritus resistitiam non habere in carne motus ille tantummodo homo potuit, qui non per ipsam ad homines venit. Pseudo Zyprian. de Cardinal. Christi operib. c. de ieiunio sub init. docet humanitatem Christi diuinitati associatam sensu, & consensu carnis peccati. Leo Pap. 1. epist. 11. ad Iulian Coensem Episcop. vers. fin. Nihil enim carni sue habebat aduersum: nec discordia desideriorum gignebat compugnantiam voluntatum. Sensus corporei vigeant sine lege peccati, & veritas affectionum sub moderamine Deitatis, & mentis, nec tentabatur illecebris. Concilium Germanum generale 5. act. 8. can. 12. damnat Theodorum Mopsuestensem, quod dixerat: non solum alium esse Christum à Deo verbo, sed eum esse patientem molestias à passionibus animæ, & carnis desiderijs, & à deterioribus paulatim recedentem, atque ita ex profecta operum perfectum.

2. A ratione non inferiora argumenta succedunt. Probari primum solet: quia, cum ad incarnationis finem ea appetitus deordinatio, seu fomes necessarius non fuerit non oportuit in homine Christo fuisse. Secundo: quia fomes vitius relinquatur nobis ad pignam, quam vincendo in virtute crescimus, ut ait Trident. sess. 5. decreto de peccato originali: atqui Christus non potest in virtute, & sanctitate crescere, cum in eis fuerit ab ipso conceptionis instanti, etiam quatenus homo consummatus: ergo non fuit in eo fomes peccati: quod vero ad nostrum exemplum attinet satis fuerit exterius, quod solum videri potest à demone vincendo tentatum fuisse. Bonæ quidem hæ congruentiæ, sed tamen congruentiæ sunt, quæ rem non euincunt, quæ euinci facile aliunde potest. Firmius probatur ex dictis: quia humanitati Christi Domini vnionis, summeque dignitatis titulo ea omnia adfuerunt, quibus extingui fomitem docebamur cert. 2. n. 4. extinctumque fuisse in Adamo innocenti, & Beatis asseruimus quare de facto non vno tantummodo extinctum esse fomitem fatendum est; sed tamen cum plura humanitati Christi vnionis, & dignitatis titulo debita denegari absolute poterit, denegataque quandiu moralis vixit, procul dubio sunt; non adeo absolute rationes istæ adhuc euincunt. Secundo; vt eam absolute necessario suaderent, non tamen ad rem præsentis controuersiæ, in qua de effectibus proximè formaliter ab vnione humanitati Christi communicatis solum disputamus: quare, vt conclusio de facto necessaria, & infallibiliter, atque ad præsentem controu. accommodatius, ac peculiariter de Christo quam de Adamo, alijque beatis probetur, videndum est an sit in humanitate Christi aliquid, quod fomiti peccati repugnet, vt secunda conclusionis præfixæ parte asserbatur.

3. Negarunt quidem Valq. proximè n. 55. §. Ego tamen existimo. Lugo d. 26. sect. 4. n. 52. Vvad. cit. n. 33. §. Dico quart. R. P. Christoph. de Ortega de De incarnatione.

10. Asseruere tamen, sicut & nos Soar. cit. §. Sed quærit tandem potest. Bern. vbi proximè n. 54. sed eis tamen rationibus ducuntur, quibus assentiri non possum. Prima: quia motus inordinati appetitus indecentes sunt moraliter, ac proinde si in Christi humanitate insurgerent, essent verbo vnito imputabiles: ergo repugnant cum vnione in humanitate Christi, sed contra primo: quia motus illi naturales sunt, nec indecentes moraliter, vlla veratione prohiberi, nisi voluntati, ne eos procuret, eiusvè subortis delectetur, atque ad summum, ne eos deliberato permitat: quare si in natura vnita, cui desent enumerata illa cert. 2. n. 4. indeliberato, nec procurati à voluntate, nec cum eius delectamento insurgerent præuenientes libertatem, nihil moralis indecentiæ, atque imputabilitatis verbo vnito in eis motibus foret. Nec magis præstat, quod eiusmodi motus mali obiectione, & inhonesti sint, atque ad malum voluntatem sollicitent, & contra rationem rebellent iuxta Trident. sess. 5. August. sæpè. Nam ea omnia habet tentatio externa, quam tamen passa humanitas vnita, sine vlla verbi indecentia, fuit vt fides docet, denique, vt ea omnia Soario, & Bernali daremus: nempe motus eiusmodi appetitus etiam cum rationem, ac voluntatis libertatem omnem præueniunt moraliter indecentes esse, ac proinde si in humanitate insurgerent vnitæ, fore verbo imputabiles, quare humanitati vnitæ repugnare, aut fomes in eis motibus non est, sed in deordinatione appetitus in actu primo, vt cum Soario ipso cert. 1. docebamur: ergo non inde probatur humanitati vnitæ fomitem repugnare, sed solum vnione ad verbum esse ligatum, ne in eos prædeat actus.

4. Ratio ergo repugnantie fomitis in humanitate vnita ea est quam per se dederunt in nobis Cyrillus Alex. & Leo Pap. recitati n. 1. quia nimirum humanitas hypostaticè vnita non solum sanctificatur Deitate, & persona verbi, sed Deificatur, redditurque antecederet omnino impeccabilis, atque ad malum immobilis prorsus ex parte actus primi, id quod perfectissimo, ac præstantissimo modo præstari à Deitate, ac persona vnita certum esse debet: est autem præstantissimus, ac perfectissimus modus, si non solum actum primum proximum ad peccandum, sed & remotum etiam, qualis est appetitus deordinatio, à Deitate, ac persona vnita impediatur: aufendo per sui assistentiam, & vnionem ad humanitatè representationi boni delectabilis diffoni per sensationem internam vim motiuam intentionalem respectu humanitatis vnitæ, cuius appetitum sensituum suamet assistentia per vnionem Deitatis ac persona diuina reddant immobilem ab eiusmodi boni delectabilis diffoni representatione: quare non minus impotem illum ex parte actus primi ad eos actus constituunt, atque voluntatem ad motus peccati. Cum autem id per solam assistentiam Deitatis, ac personæ diuinæ mediâ vnione hypostatica fiat, nequit in eod. instanti durationis vnio esse, quin reddat antecederet appetitum immobilem, atque vim motiuam sensationi interne respectu illius auferat: quare, & fomitem extinguat de antecedenti immobilitate voluntatis ad peccatum per Deit. & personam vnitam antecederet docebamur. vbi discrimen impedimentorum ex parte actus primi impedimentum purè, & impedimentum per actiuitatem assignabamus.

CERTAMEN IV.

Corollarium de Christi tentationibus

1. EX doctrina proxima quid de Christi tentationibus dicendum tenendumque sit statuere proclue est. & quidem exterius tentatum Christ. Dom. fuisse certum ex fide est, cum diabolus trib. gula, inanis gloriæ, & ambitionis, & auaritiæ tentationibus illi in deserto impetierit: unde, & videtur interius etiam fuisse tentatus; cū externæ illegitimationes non potuerint non sensationes eor. obiectiones internas nat. progignere, imo, & de facto progernerint atq; ad intellectus repræsentationes processerint. Nihil autè aliud videtur esse in nobis interna tentatio, quàm obiectioni diffoni repræsentationem

representatio interior, & per sensationem internam, & per intellectus cognitionem, & representationem eiusmodi obiecti, nihilominus communis, & tenenda conclusio est Christum Dominum, etiam qua hominem, siue secundam humanitatem internas tentationes passum minimè fuisse. Ita docent, vel supponunt quotquot de de facto fomitem peccati humanitati Christi negant fuisse paulo aliis. Lugo d. 22. sect. 1. n. 11. Bernal. disp. 41. sect. 1. num. 5. est expressa Leonis Pap. 1. extremis illis verbis. *Nec tentabatur illecebris*. Augustini negantis homini Christo *Spiritus resistentiam*, quæ in tentatione interna non esse nequit referuntur pro conclusione eadem à Lugo ubi proximè Gregor. & Damasc.

2. A ratione etiam ea omnia militant, quæ pro conclusione negante fomitem de facto humanitati Christi ab aliis, & à nobis afferbantur cert. 3. num. 2. eis quippè omnibus titulis tentationes internas humanitati Christi non adesse oportuit. Insuper, & vis motiua sensationis, & cognitionis internæ auferebatur, unde constat disparitas tentationis internæ ab externa, qua Lugo, & Bernal. quidem adeo, ut tentationem externam à dæmone negari facilius, quam paritati respondere iudicauerit: quia inquit, facta impossibili interna tentatione, externa, quæ propter illam est fit impossibilis: sicut in infantibus & amentibus apparet, qui non dicuntur à dæmone tentari cum ab eo in actus ex obiecto malos aguntur: quia peccare non possunt. Cæterum non ideo solum, quia peccare non possunt: sed quia id dæmoni notum est, nequique serio peccatum intendere, ut ad tentationem oportet, cum peccatum nouit impossibile: ast cum hominem Christum Deum esse, atque antecederet impeccabilem non cognosceret eum ad peccata enumerata inducere, externa illa tentatione, ac propterea, & internam media externa excitare, serio intendere, ac procurare potuit, quin in impossibile cognitum, ut impossibile conaretur: quare tenenda est Euangelij rigida, & propria significatione propositio: *Ductum scilicet fuisse Iesum in desertum ab spiritu, ut tentaretur à diabolo*. Externè cum ea significatione propria nihil indecorum Christo absurdum in theologia, seu scripturæ aduersum contineatur iuxta firmam statamque catholicis regulam interpretandi scripturam.

3. Lugo vero admissa tentatione Christi externa, negat consequentiam ad internam Christi tentationem: ita tamen, ut externam æque, atque Bernal. videatur alia ratione negare, neque difficultati satisfaciat. Negat quippè: quia tentatio illa interna Christo non fuerit animo hostili à dæmone excitata. Ast non alio animo externam, atque internam tentationem Christi tentationem excitabit, ergo neque externa illata à diabolo fuit animo hostili, quare neque fuit propriè tentatio contra textum, & antecedens quod admittit. Contra secundo quia externa fuit animo hostili & cum existimatione, & animo vincendi Christum, quod possibile diabolus putabat, ut nuper dicebam: ergo internæ representationi non defuit ad proprietatem tentationis animus hostilis diaboli eam excitantis, et si ad tentationis proprietatem requireretur. Tertio neque id ad propriam tentationem requiritur: à concupiscentia enim orta, vel conjuncta cum proprio amore tentamur ut Iacobus ait, quin malum nostrum animo hostili procuret appetitus, sed bonum delectabilem femina à viro amans, & viro femina quin alteruter hostili animo alteruter in peccatum inducat, sed oblectamenti causa quæ in aucta effugium illud præcludit: quod appetitus, eiusque motus subditi prorsus despotice rationi, & voluntati sint. Nam amans feminæ subditus non est, illamque tentat ad libidinem non animo hostili. Denique quod Deus neminem reter iuxta Iacobum, licet externas exciter tentationes, ex quibus oriuntur internæ, non ideo est, quia non animo hostili, sed quia amico solum victoriæ materiam eis subministrat, ut vincamus, atque ex eo animo simul confert auxilia, & vires ad victoriæ, non quod ad tentandum animus hostilis necessarius sit, atque ex odio velle nobis ruinam spiritualem peccati, sed satis est ad illud nos hortari atque incitare etiam ex animo nostri temporis commodi.

4. Dico secundo in humanitate Christi internæ tentationes esse non potuerunt. Est Doctorum, qui peccati fomitem in humanitate Christi nobiscum iudicantur impossibilem: eisdemque rationibus cum ea conclusione. Probat: quia et si ab externis tentationibus, internæ etiam representationes appetitui, & voluntati facta fuerint: at vis earum motiua eis omnibus enumerata illi, ac præcipuè Deitate impedita fuit ex parte actus primi, ac prorsus eneruata, atque sublata. Sed obicis contra utramque conclusionem de possibili ex Lugo. Non repugnat humanitati Christi actus materialiter solum malis obiecto: ergo nec fomes peccati, nec tentatio interna nec motus appetitus deordinatus malusque materialiter solum repugnabit. Antecedens probat, quia non repugnat humanitati vnix in ameniam incidere, atque sic anasthi puerum occidere fratrem putas hostem respiciat. Antecedens eiusque probatio sub lite adhuc Theologorum est de qua partim d. antecedenti, partim controversia sequenti. Quod autem ad præsentari net eo permisso negatur consequentia: quia peccatum materiale tantum nec peccatum est in se: quare pugnam cum sanctitate Deitatis nullo gradu habet de se, neque è suo principio neque est peccati inductum: at vero tentatio interna fomes peccati, eiusque inordinati motus, licet peccatum non sint, ast sunt inductiua de se peccati, eiusque principia, & quæ proinde cum sanctitate Deitatis omnino incommensurabilia, etiam remotissimo, antecederet pugnant, omnia repugnant in humanitate, quam sui vnione sanctificat, ob quam non solum *Innocens*, *impollutus* homo Christus dicitur à Paulo, verum, & *segregatus à peccatoribus & excelsior cælis factus*. id est innocentia, & sanctitatis distantiore excelsiorisque à peccatoribus, siue eorum peccata quam sit cælum à terra, hoc est beati cælestes, ab hominibus peccatoribus terræ: ast Beatorum innocentia ad peccata distat, ut cum eorum remotis principis nimium internis tentationibus fomitem, eiusque motibus repugnet per omnes: multo igitur certius cum eis pugnet sanctitas & innocentia excelsior, & à peccato distans: quæ in humanitate Christi per Deitatem est.

CONTROVERSIA V.

De effectibus, siue perfectionibus humanitatis Christi vnionis titulo datis.



Vm è sanctitate, & dignitate humanitatis Christi vi vnionis formaliter communicata à Deitate operum Christi meritoria infinita dignitas proximè proueniat, de merito Christi controversia de effectibus intrinsecis vnionis videbatur disputandum. Sed quoniam difficultates, quæ circa Christi merita occurrunt integram controversiam explebunt, nec effectus communicatos humanitati ipsi, sed ipsius operibus dignitas meritoria contineat, ac tandem perfectiones & effectus titulo vnionis intellectui, & voluntati Christi communicatos, atque harum potentiarum actus, qui in Christo fuerit, merita Christi, vel supponant, vel includant, controversia de merito, hanc effectibus, & perfectionibus humanitati Christi cum ad intellectum, tum ad voluntatem atque ad vtriusque actus spectantibus præmittere decreuimus.